PA 2087
.B913

1854

Key

LIBRARY OF CONGRESS
00003949205

THE LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

Deposited April 11th 1855

KEY

TO THE

EXERCISES

IN

LATIN COMPOSITION,

ADAPTED TO

BULLIONS' LATIN GRAMMAR.

BY

REV. PETER BULLIONS, D. D.,

AUTHOR OF SERIES OF GRAMMARS, ETC.

LIBRARY OF CONGRESS
COPYRIGHT
No.

NEW YORK:
FARMER, BRACE & COMPANY,
4 COURTLANDT STREET.
1855.

PA2087
.B913
1854
Key

ENTERED, according to Act of Congress, in the year 1855, by
PETER BULLIONS,
In the Clerk's Office of the District Court of the United States for the Northern District of New York.

LC Control Number
tmp96 027693

JOHN F. TROW, PRINTER,
49 Ann street.

PREFACE.

This Key to the Exercises in Latin Composition has been prepared for the convenience of teachers, many of whom, owing to the numerous claims on their time inseparable from the charge of a large school, have but little leisure, either in public or in private, to correct a multitude of written exercises with that care which is necessary. It will be obvious, however, to every teacher, that to allow this work to come into the hands of pupils, would be to render the Exercises themselves nearly useless as a school-book. For this reason every proper care will be taken by the publishers to prevent this evil by disposing of the book to teachers only.

For convenience of reference, the page in the "Exercises" is indicated, in this work, by its number, in heavy figures, placed in the margin; and more particular references are made by numbers in the text corresponding to those in the Exercises. All numbers above 250, refer also to the corresponding numbers in the Grammar.

Troy, N. Y., 1855.

NOTE.—The examples under the Note, p. 127, of the first edition of the Exercises, are in all subsequent editions, transferred, as No. 410, to their proper place in p. 125. And to this arrangement the Key corresponds.

KEY

TO

GRAMMATICAL EXERCISES.

PART I.

6.] 2. Foro. Amore patriæ. Arbor vitæ. Sonitus citharæ —multarum cithararum. Ad finem temporis.

Dea silvarum. Consiliis sapientiæ. Cæde ferarum. Proræ navium. Omnibus navibus Carthagĭnis.

Curæ hominum. Multis curis multorum hominum. Exercitibus populi Romani. Liberalitate amicorum. Copia pabuli.

Via vitæ. Multis periculis. Ripa fluvii. Littore maris. Ab initio ad finem temporis.

Investigatio veri est propria homini. Vita brevis est. Timor mortis est communis omnibus (hominibus). Conjuratio nobilium erat periculosa civitati.

Cæsaris commentaria. Milonis domus. Ciceronis epistolæ. Catilinæ scelus fuit magnum.

Antonius Catilinæ par fuit scelere. Scelus Antonii par fuit sceleri Catilinæ. Mors est finis vitæ.

7.] 3. Præmium virtutis. Arbŏres silvæ. Plumæ corvi nigræ sunt, cycni plumæ albæ sunt. Bonorum hominum felicitas est sempiterna. Homines sunt utĭles hominibus. Scientia rerum futurarum non semper utilis est. Miltiades libertati omnium amīcus erat. Felicitas est præmium bonorum. In silva feræ hominibus periculosæ sunt. Virtutis præmia. Arbŏres in silva sunt. Arbŏres utĭles sunt. Felicitas præmium est virtutis bonis.

INDICATIVE MOOD.

PRESENT TENSE.

8.] 5. Ego *laudo* te; tu *laudaris* a me. Tu *expĕtis* sapientiam; sapientia *expetitur* a te. Deus *gubernat* mundum; mundus

9.] *gubernatur* a Deo. Nos *scribĭmus* literas; literæ *scribuntur* a nobis. Vos *paratis* divitias; divitiæ *parantur* a vobis. Omnes *culpant* ingratos; ingrati *culpantur* ab omnibus.

Deponent Verbs.

Ego *fateor*. Tu *merēris* laudem. Sol *orĭtur*. Nos *assentimur* tibi. Vos *obliviscimini* injurias. Homines *moriuntur*.

Interrogations.

An tu (tune) *laudas* me? An ego (egone) *laudor* a te? Annon (nonne) *laudo* te? Annon (nonne) *laudaris* a me? An tu (tune) *expĕtis* sapientiam? An sapientia *expetitur* a te? Annon *expĕtis* sapientiam? Nonne (annon) sapientia *expetitur* a te? An Deus *gubernat* mundum? An mundus *gubernatur* a Deo? Nonne Deus *gubernat* mundum? Annon mundus *gubernatur* a Deo? A quo *gubernatur* mundus?

Deponent Verbs.

10.] Num tu *fatēris?* Annon tu *fatēris?* An ego (egone) *mereor* laudem? Annon ego *mereor* laudem? An sol *orĭtur?* Nonne sol *orĭtur?*

English Examples turned into Latin.

Nomino neminem; nemo nominatur a me. Amentia vincit rationem; ratio vincĭtur ab amentia. Ille compĕrit hæc omnia; hæc omnia comperiuntur ab illo. Nemo accusat Sullam; Sulla accusatur a nemini. Illi creant magistratus; magistratus creantur ab illis. Sulla probat factum; factum probatur a Sulla. Audisne hos bonos homines? Hominem valde dilĭgo; homines valde diliguntur ab omnibus.

11.]

IMPERFECT TENSE.

7. Ego tunc *scribēbam* literas; literæ tunc *scribebantur* a me. Quo tempore tu *quærēbas* me;—ego *quærebar* a te. Ubi Numa *obtinēbat* regnum. Ubi regnum *obtinebatur* a Numa. Nos isthuc ætatis *dabamus* operam literis. Vos semper *dabatis* operam lusui. Dum arva *florēbant*.

Deponent Verbs.

Ego *lætābar*, donec tu *sectabāris* virtutem, et donec ille *reverebatur* parentes suos. Dum nos *venabamur* lepŏres, vos *sequebamini*, illi *fabulabantur* interea.

In ætate aurea homines, sponte sua, sine lege, fidem rectumque *colēbant*, nec *timēbant* judĭcem; nondum *cingēbant* oppida fossæ; per se *dabat* omnia tellus, et fruges inarata *ferēbat*.

12.]

Interrogatively.—An tu (tune) tunc *scribēbas* literas? An tunc *scribebantur* (*scribebanturne*) literæ a te? Annon (nonne) *scribē-*

bam literas? Annon literæ *scribebantur* a me? Tune *quærēbas* me? An ego (egone) *quærēbar* a te? Nonne *quærēbam* te? Annon tu *quærebaris* a me? An Numa tunc *obtinēbat* regnum? An regnum obtinebatur a Numa? A quo tunc *obtinebatur* regnum?

PRESENT TENSE.

8. Ego *scribo* literas; literæ *scribuntur*. Quid tu *agis?* Quid illic *agĭtur?* Ille *ædificat* domum. Domus *ædificatur*. Nos *ediscĭmus* prælectionem. Vos *fabulamini*. Illi *componunt* versus.

IMPERFECT TENSE.

13.] *Scribēbam* literas tunc; literæ *scribebantur*. Quid *agēbas?* Quid istic *agebatur*. Ille *ædificabat* domum; domus *ædificabatur*. Nos *legebamus*. Vos *ludebatis* interea. Illi *serēbant* arbŏres; tunc tempŏris, arbŏres *serebantur*.

English Examples turned into Latin.

Illi accusabant nos. Nemo accusabat eos. Nos accusabamur ab iis. Nonne accusabant nos? Nos non accusabamur a magistratibus. Annon nos accusabamur ab iis? Nemo probabat ea facta. Id factum probabatur tunc a nemine. Num illa facta tunc probabantur a multis? An recipiēbas literas (epistolam) a me? Nos recipiebamus literas ab illis. Illi non recipiēbant literas a nobis. Annon ille recipiēbat literas ab illis. Illi nominabant Sullam. Sulla nominabatur ab illis. Annon illi nominabantur a Sulla. Diligebamus homines valde. Homines valde diligebantur ab omnibus. Nonne illi diligēbant nos?

1. PERFECT TENSE—DEFINITE.

14.] 10. Sæpe *quæsīvi* te. Tu sæpe *quæsītus es* a me. Tu *locutus es* bene, et *meritus es* laudem. Illa *repĕrit* parentes. *Fecimus* periculum. Periculum *factum est* a nobis. Vos *solvistis* fidem. Fides *soluta est* a vobis. Omnes *peccavērunt*, et *meriti sunt* pœnam.

Interrogatively.—Num tu sæpe *quæsivisti* me? An ego sæpe *quæsītus sum* a te? Annon ego sæpe *quæsīvi* te? Nonne tu sæpe *quæsitus es* a me?

2. PERFECT TENSE—INDEFINITE.

11. Ego *quæsīvi* te heri. Tu *quæsītus es* a me heri. *Benefecisti*. *Benefactum est* a te. Deus *creavit* mundum. Mundus *creatus est* a Deo ex nihilo. Pompeius *adeptus est* laudem magnam. Nos statim *abiĭmus*. Vos *vidistis*. Illi non credidērunt hæc. Hæc non *credĭta sunt* ab illis.

15.]

Interrogatively.—Num *quæsivisti* me? Annon (nonne) *quæsivisti* me? Num *quæsītus sum* a te? Nonne *quæsitus sum* a te?

English Examples turned into Latin.

Nominavi neminem. Annon illi nominavērunt Sullam? An nemo nominatus est? Hæc omnia comperērunt. An hæc comperta sunt? Nonne id comperērunt? An Sulla accusatus est? Illi non accusavērunt Sullam. Omnes hæc probavērunt. Nonne hæc probata sunt ab omnibus? Audivistisne eum bonum hominem? An vos omnes audivistis eum? Illi recepērunt literas tunc. Illi recepērunt literas hodie. An literæ receptæ sunt antea? An literæ receptæ sunt hodie? Epistola missa est ad Sullam. Ille hæc fecit bene. Literæ omnes missæ sunt ad magistratus a nobis.

PLUPERFECT TENSE.

16.] 12. *Quæsivĕram* te antea. Tu *quæsītus eras* a me antea. Tu *promisĕras* pridie. Magister sæpe *prohibuerat* id. Id sæpe *prohibitum erat* a magistro. *Pranderamus* multo ante. Vos *rogaveratis.* Patres *curaverant* id. Id *curatum erat* a patribus.

Interrogatively.—An tu *quæsiveras* me? Annon tu *quæsiveras* me antea? Num ego *quæsītus eram* a te? Nonne *quæsītus eram* a te?

English Examples turned into Latin.

Nominaveram neminem. An nemo nominatus erat? Illi comperĕrant hæc omnia. An hæc comperta erant? Annon illi compererant id? An illi accusaverant hunc hominem? Hic homo non accusatus erat ab illis. Illi creaverant magistratum. An magistratus creati erant ab illis. Omnia probata erant. An homines hæc audiverant? An magistratus creati erant tunc? Nemo nominatus erat.

17.] 13. *Redactus sum* ad paupertatem. Opus *finītum est.* Urbs *capta est.* Nos *victi sumus.* Ejus parentes *reperti sunt.* Tempŏra *mutata sunt.*

So the pluperfect.—*Redactus eram* ad paupertatem. Opus *finītum erat*, &c.

14. *Perfect tense.*—*Advenisti* cito. *Abiit. Ingressus est* (in) urbem. Sol *occĭdit.* Luna *orta est.* Tempus *præteriit.* Opera *periit.* In molli *consedimus* herba. Viginti minæ *perierunt.*

Pluperfect tense.—Tunc *venerat* æstas. Ille *abierat* antea. Tempus *præterierat.* Opera *perierat.* Sol *occiderat.* Lucifer *ortus erat. Consederamus* in herba.

18.]

FUTURE TENSE.

1. Expressing *will*, *purpose*, or *resolution.*

15. *Scribam* literas. Literæ *scribentur* a me. *Audies* rem omnem. Ille *dabit* pœnas. Pœnæ *dabuntur* ab illo. Nos *dabimus* operam. Opera *dabitur* a nobis. Vos *scietis.* Pueri *ludent.*

Imperatively.—*Venerabĕris* Deum, *revereberis* parentes, et *imi-*

19.] *taběris* bonos. *Cavēbis* iracundiam, *moderaběris* linguæ, et *coles* pacem; neque *facies* injuriam cuiquam.

16. In his potissimum *elaborabimus*. *Adhibebimus* diligentiam.

17. *Interrogatively.*—An tu *scribes* literas? An ille *scribet* literas? Egone *scribam* literas? Num literæ *scribentur* a te?—a me?—ab illo? Num *audiam* rem omnem? Num tu *audies*, &c.?

2. Expressing *simple futurity.*

20.] 18. Ego *vidēbo*. *Facies* illi gratum. *Aget* gratias tibi. Gratiæ *agentur* tibi ab illo. *Impetrabimus* veniam. Venia *impetrabitur* a nobis. Vos *facietis* rem. Illi *invenient* amīcos. Amīci *invenientur* ab illis.

19. *Interrogatively.*—*Faciam*ne illi gratum? Annon *faciam* illi gratum? An ille *faciet* nobis gratum. *Videbis*ne? Nonne *videbis?* An ille *videbit*, &c.

The Periphrastic Future in RUS.

20. Ego *visurus sum*. *Facturus es* illi gratum. Ille *acturus est*
21.] gratias tibi. Nos *impetraturi sumus* veniam. Vos *facturi estis* rem. Illi *inventuri sunt* amīcos. Non *dictura es* aperte?

English Examples turned into Latin.

Accusabo neminem. Accusabo neminem. Ille accusabitur. Illi non accusabuntur. Annon ille accusabitur? An tu accusabĕris? An ille accusabit nos? An Sulla accusabĭtur ab illis? An tu nominabis illum? Annon tu non nominabis illos? Illi creabunt magistratus. Illi creabunt magistratus. An illi creabunt magistratus? Annon illi creabunt magistratus? An magistratus creabuntur? An ille recipiet epistolam? An ego recipiam epistolam? An magistratus probabunt factum? An magistratus probabunt factum? Probabunt. Probabunt. An tu probabis hæc facta? Audiet. Illi boni homines audientur. Nonne illi audient? Audient. Audient.

FUTURE-PERFECT TENSE.

22.] 21–1. Quum *constituero* scribam. Quum *dixerĭtis* omnia. Postquam *convenerit* Cæsărem. Ubi *scripserimus* literas. Ubi literæ *scriptæ erunt* a nobis. Quum *præstiterĭtis* promissa. Quum promissa *præstata erunt* a vobis. Quum primum (simul ac) *audiverint*. Si *rogavero*. Si *impetraveris*. Si quis *indicaverit*. Si id *fecerimus*. Si *feceritis* me consulem. Nisi cras *venerint*.

Quum semel *exieris*. Quum tempus *præterierit*. Quum *venerit* æstas. Quum primum sol *occiderit*. Simul atque *adoleverit*. Simul ac *perveneris* illuc.

23.] 2. Ego *videro*. *Feceris* benigne, si venies. Avārus semper *eguerit*. *Impetraverimus*. *Viceritis*. Illi *invenerint* amīcos.

English Examples turned into Latin.

Quum *accusaverit* nos, nos audiemus. Quum vos *audiveritis* id. Si nos *fecerimus* hoc. Si magistratus *creati erunt.* Quum facta *probata erunt.* Quum nos *receperimus* literas. Audies, si magistratus *creatus erit.* Si vos *creati eritis*, audiemus, &c.

IMPERATIVE MOOD.

PRESENT TENSE.

24.] 24. *Disce* bonas artes. Bonæ artes *discuntor* a te. *Fuge* segnitiem. Victor *habēto* equum. Vos *cavēte* iracundiam. *Vocate* me. Discipuli magistris *parento.* Docēri se *patiuntor.*

25. Quod potes, id *tentes.* *Ames* parentem, si æquus est; si aliter, *feras.* Ne *concupiscas* aliena. Ne *facias* injuriam cuiquam. Ne cui *noceas.* Ne *tradas* te socordiæ. Ne *dedatis* vos totos voluptatibus; quin potius doctrinæ vos *dedatis.*

27. Tu *memineris.* Tu *videris.* Ne *dixeris.* Ne *feceris* injuriam. Ne *festinaveris* loqui. Neminem *irriseris.* Ne *tradideris* te ignaviæ. Ille *viderit.*

SUBJUNCTIVE MOOD.

PRESENT TENSE.

25.] 30–1. Quum *valeam.* Vide quid *agas;*—quid *agatur* a te. Nemo avārus est, qui non *egeat.* Expecta dum *redeamus.* Nescītis quibus pecuniam *paretis;*—quibus pecunia *paretur* a vobis.
26.] Quum avāri semper *egeant*, etiamsi *abundent.* Utinam *evadam* doctus. Utinam tu *convalescas.* Utinam rex *vivat* diu.

Quum ego *scribam* literas. Quum literæ *scribantur.* Quum ille *ædificet* domum. Quum domus *ædificetur.*

31–2. Ita *invenias* laudem. Laus *inveniatur* a te. Vix *reperias* amīcum fidēlem. Amīcus fidēlis vix *reperiatur* a te. Aliquis *dicat.* *Vivamus* pie. *Recusem.* *Oret* opem.

Interrogatively.—Narrem? Quid *putem?* Quem *rogem?* Quid tu hic *agas?* Quis hoc *credat?* Cur illa *quæritet* hoc? Cur hoc *quæritetur* ab illa?

27.] 3. Ut verum *dicam.* Nescio quid me *faciam.* Da operam ut *valeas.* Ut *ameris*, ama. Velim (ut) *scribas.* Cave (ne) *credas.* Orat, ut *venias.* Cura ut *sciat.* Timeo ut *credat.* Si quis *roget.* Nihil habemus quod *agamus.* Moneo ut *studeatis.* Etsi illi *negent.* Etsi *negetur* ab illis.

IMPERFECT TENSE.

32–1. Quum non *audirem*, quid *dicĕres;*—quid *diceretur* a te.
28.] Si *sciret*, quid nunc *ageremus;*—quid nunc *ageretur* a nobis. Quum *nesciretis* quibus *pararetis* pecuniam;—quibus pecunia

pararetur a vobis. Expectabam dum *redīrent.* Utinam *valērem.* Utinam tu *loquereris* ex animo. Utinam *saperemus* satis. Utinam vos *adhiberetis* diligentiam;—diligentia *adhiberetur* a vobis.

Dum *scribĕrem* literas. Dum literæ *scriberentur.* Dum ille *ædificaret* domum. Dum domus *ædificaretur.*

33–2. *Curarem.* Oravit ut *venirem.* *Putares* te felicem, si *esses* dives. *Dicĕret.* *Diceretur* ab illo. Dies *deficeret* me, si *enumerarem* omnia. Non *sineremus.* *Discerĕtis* libenter, si *saperetis.* Homines *sectarentur* virtutem, si *sapĕrent.*

Interrogatively.—Quid *facerem?* Nonne *putares* te felicem? Nonne *diceret?* Quid *diceret?* Annon *faceremus?* Num *sineretis?* An *crederent?*

PERFECT TENSE.

29.] 34–1. *Indefinite.*—Licet *quæsiverim* te heri. Licet *quæsītus sis* a me heri. Nescio quo *profectus sis.* Quis dubitet, quin Deus *creaverit* mundum?—quin mundus *creatus sit* a Deo? Scitis quantam laudem *adepti simus.* Quanquam multi non *crediderint* hæc. Quanquam hæc non *credita sint* a multis. Utinam *satisfecerim* preceptori. Utinam *dixeris* verum.

35–2. *Erraverim* fortasse. Forsitan *addiderim* blanditias plures. Forsitan Sabinæ *noluerint.* Ulysses *egerit* forsan diem natalem conjugis.

30.] 36–1. *Definite.*—Etiamsi *fecerim* periculum. Etiamsi periculum *factum sit* a me. Dic mihi quid *nactus sis.* Novi hominem, qui *promiserit.* Quum omnes *peccaverimus.* Gaudeo, quod *evaseritis.* Aveo scire quid *egerint;*—quid *actum sit* ab illis.

Licet *redactus sim* ad angustias. Quum opus *finītum sit.* Quum urbs *capta sit.* Quum *victi simus.* Quum parentes ejus *reperti sint.*

Quum *adveneris* cito. Quum *abierit.* Quum *ingressus sit* (in) urbem. Quum sol *ortus sit.* Quum tempus *præterierit.* Quum opera *perierit.* Etiamsi *consederimus* in herba. Utinam viginti minæ non *perierint.*

31.] 37–2. Ne non *perdiderit*, non cessat perdĕre lusor. Tunc ego nequicquam Capitolium *servaverim.* Verēris ut *acceperim* tuam epistolam;—ut tua epistola *accepta sit* a me. Vereor ne illud graviùs *tulerit.* Metuo ne frustra *susceperim* laborem:—Ne *excesseris* modum:—Ne illa hæc *audiverit.*

Fortasse opus *finītum sit.* Fortasse *redactus sit* ad paupertatem. Vereor ne urbs *capta sit.*

Forsitan mater *venerit.* Metuo ne *redierit* jam. Metuo ne *venerim* serò. Metuo ne tempus *præterierit;*—ne opera *perierit.*

32.] 38–3. *Optaverim* pauper esse potius. Non *fecerim* injussu tuo. *Prætuleris* valēre, quam dives esse. Quis *dixerit* avārum esse divitem? *Luseritis* libentius quam *studueritis.* Irascentur, si *resciverint.* Si nunc me suspendam, meam operam *luserim;* et,

præter operam, restim frustra *sumptifecerim*, et inimīcis meis voluptatem *creaverim*.

PLUPERFECT TENSE.

33.] 39–1. Quòd *accepissem* beneficium. Quòd beneficium *acceptum esset* a me. Si *cohibuisses* iracundiam. Si iracundia *cohibita esset* a te. Ille qui *intulisset* injuriam. A quo injuria *illata esset*. Si *servavissent* promissum. Nesciēbam an *egisset* gratias illi necne. Utinam *paruissem*. Utinam *fecissetis* periculum.

Quum ille *abiisset* antea. Quum tempus *præteriisset*. Quum opera *periisset*. Quum æstas *venisset*. Postquam sol *occidisset*. Quando Lucifer *ortus esset*. Postquam *consedissemus* in herba. Simul ac *pervenissemus* ad urbem.

34.] 40–2. Si *jussisset paruissem*. *Vocavisses*. Cæsar nunquam hoc *fecisset*, neque *passus esset*. Non *effugissemus* hoc malum. *Imitati essetis* illum et *restitissetis*. *Vicissent* boni, et *victi essent* imprŏbi. Veritus sum, ne frustra *suscepissemus* laborem;—ne labor frustra *susceptus esset* a nobis:—Ne illi *audivissent* hæc:—Ne hæc *audīta essent* ab illis:—Ne ille *rediissent*.

Interrogatively.—An *paruisses?* Annon (nonne) *paruisses?* An Cæsar hoc *fecisset* aut *passus esset?* Nonne Cæsar hoc *passus esset?* Quis hoc *fecisset?* An *effugissemus?*

35.] 41–3. Promisisti te scripturum (esse), si *rogavissem*. Dixisti te venturum esse, si *impetravisses* veniam. Decrevērunt præmium, si quis *indicavisset*. Denunciavit nos daturos esse pœnam, si id *fecissemus*;—si id *factum esset*. Nisi postero die *venissemus*. Marius dixit se brevi tempore confecturum (esse) bellum, si se consulem *fecissent*. Xerxes præmium proposuit ei qui novam voluptatem *invenisset*. Xerxes eo usque luxuria gaudēbat, ut edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus *reperisset*. Plato, tum demum terrarum orbem beatum futurum (esse), prædicavit, quum aut sapientes regnare, aut reges sapĕre *cœpissent*. Plato putavit, tum denique beatas futuras esse respublicas, si aut docti et sapientes regĕre eas *cœpissent*, aut qui regĕrent omne suum studium in doctrina et sapientia *collocavissent*.

36.] Si mala *condiderit* in quem quis carmina, jus est. Duodĕcim tabulæ capite sanxerunt, si quis carmina *condidisset* quæ infamiam afferrent alteri. Quæ *imperaverit* se facturos (esse) pollicentur. Quæ *imperavisset* se facturos (esse) polliciti sunt. Sors est ita reddita: Matri qui *dederit* princeps oscula, victor erit. Apollo, penes eum summam urbis Romanæ potestatem futuram (esse) respondit, qui, ante omnes, matri oscula *dedisset*. Dicit lex, qui hostibus opem *tulerit*, capite puniatur. Adversus eum conscripta lex est, qui opem *tulisset* hostibus. Tunc habenda est ea fortuna quam dii *dederint*. Frustra verba facta (esse) renunciant; armis decernendum esse, habendamque eam fortunam quam dii *dedissent*.

FUTURE TENSE.

37.] 42. Incertus sum etiam quid *facturus sim.* Gaudeo quod *visurus sim* eum. Quum *visurus sim* te, nihil amplius scribam. Nec quid agam, nec quid *acturus sim*, scio. Faciam ut scias quo die *venturus sim.* Nec ubi, nec quando te *visurus sim*, possum suspicari. Velim (ut) scribas, quid *sis acturus.* Quæro, *sisne facturus.* Non dubito, quin ibi *mansurus sis.* Cura, ut sciam diem quo Roma *exiturus sis.* Nihil est tantum, quod non ego tua causa *facturus sim.* Egon' ut ei despondeam filiam cui *daturus* non *sim?*

38.] 43. Scire volui, quid tu *esses facturus*, et quando *esses rediturus.* Gaudēbam quod *visurus essem* eum. Nec quid agerem, nec quid *acturus essem* sciēbam. Nec ubi, nec quando te *visurus essem*, poteram suspicari. Non dubitabam quin *mansurus esses.* Nesciebam diem quo *exiturus esses.* Egon' ut ei despondērem filiam cui non *daturus essem?*

INFINITIVE MOOD.

39.] 45. Desino *scribĕre.* Cessas *allŏqui* (eum)? Cupio *evadĕre* doctus. Prohibemur *facĕre* injuriam. Debes *præstare* promissa. Vidēris mihi *expetĕre* sapientiam. Videtur *evadĕre* doctus. Cupiens *discĕre.* Properans *abire* domum. Dignus *amari.* Perītus *cantare.* Paratus *imperare.*

46. Non possum *scribĕre.* Pecunia potest *erĭpi.* Non potest *fiĕri.* Virtus non potest *emŏri. Scire* volunt omnes. Licet tibi *ire* domum. Non potui *scribĕre.* Non potuit *fiĕri.* Mutius potuit *urĕre* manum. Noluit *accipĕre.* Id non poterat *cavĕri.* Non licēbat nobis *venīre.*

40.] Oportet me *scribĕre* epistolam. Jussit me *venīre.* Non audemus *recusare.* Non sinam te *abīre.* Tenebræ fecerunt nos *errare.*

47. Nunquam potuisti magis opportunus *venire*, quam nunc advĕnis. Sine artibus vita omnino nulla *esse* potuisset. Urbes sine cœtu hominum non potuissent *ædificari.* Neque navigatio, neque agricultura, sine opera hominum *esse* potuisset. Perspicuum est, homines sine hominum opera commodè *vivĕre* non potuisse. Volui *venire*, si potuissem. Quid voluisti me *facĕre* tibi. Quibus difficultatibus Romanos *claudĕre* voluerant, iisdem ipsi tenebantur. Ferrum habuit, quo se *occidĕre* voluit. Non debuisti adjutor *esse* amīco peccanti.

41.] 48. Videor mihi *adipisci* sapientiam. Vidēris tibi *factus* (*esse*) artifex. Videtur sibi *evasisse* doctus. Videtur sibi *adeptus* (*esse*) gratiam. Videmini vobis *consecuti* (*esse*) victoriam. Videntur sibi *adepturi* (*esse*) divitias.

Miscellaneous Examples turned into Latin.

Auxilium petĕre cœpērunt. Desperare cœpērunt. Bellum gerĕre conantur. Cæsar silvas cædĕre instituit. Hi centum pagos habēre dicuntur. Spernit docēri. Pecunia naturam nescit mutare. Promissum præstare conatur. Nos nec subito philosophari cœpimus. Naturæ solertiam nulla ars consĕqui potest. Animus semper appĕtit agĕre, neque quietem sempiternam pati potest. Semper est utile virum esse bonum, quia semper est honestum.

The Infinitive with a Subject.

PRESENT TENSE.

42.] 50–1. Dico me *laudare* te;—te *laudari* a me. Video te *expetĕre* scientiam;—scientiam *expĕti* a te. Scimus Deum *gubernare* mundum;—mundum *gubernari* a Deo. Videtis nos *scribĕre* literas;—literas *scribi* a nobis. Audivi vos *parare* divitias;—divitias *parari* a vobis. Scimus omnes *culpare* ingratos;—ingratos *culpari* ab omnibus.

43.] 51–2. Nôras me *scribĕre* literas;—literas *scribi* a me. Nôras illum *reverēri* parentes suos, et *sectari* virtutem. Nôras nos *dare* operam literis. Nôras illos *fabulari.*

PERFECT TENSE.

52–1. *Indefinite.*—Dico me *quæsivisse* te;—te *quæsītum esse* a me. Puto te bene *fecisse;*—hoc *benefactum esse* a te. Scimus Deum *creavisse* mundum;—mundum *creatum esse* a Deo.

2. *Definite.*—Dico me sæpe *quæsivisse* te;—te sæpe *quæsītum esse* a me. Dico te *locutum esse* bene. Dico illam *reperisse* parentes.

44.] Credis me *redactum esse* ad egestatem. Credis opus *finītum esse.* Credis urbem *captam esse.* Credis nos *victos esse.* Credis ejus parentes *repertos esse.* Putat te *advenisse* cito. Putat illos *abiisse.* Putat illos *ingressos esse* (in) urbem. Putat solem *occidisse.* Putat lunam *ortam esse.* Putat tempus *præteriisse.* Putat operam *periisse.*

53–2. Dixi tibi me *quæsivisse* te antea;—te *quæsītum esse* a me antea. Sciēbas te *promisisse* pridie. Sciēbas præceptorem sæpe *prohibuisse* id;—id sæpe *prohibitum esse* a præceptore.

Dixisti illum *abiisse* antea. Dixisti tempus *præteriisse.* Dixisti operam *periisse.* Dixisti *venisse* æstatem. Dixisti solem *occidisse.* Dixisti lunam *ortam esse.*

FUTURE TENSE.

1. Importing *will* or *purpose.*

45.] 54–1. Dico me *scripturum* (*esse*) literas. Tu dicis te *scripturum* (*esse*) literas. Dicit se *scripturum* (*esse*) literas. Nos promittimus nos *daturos* (*esse*) operam. Vos promittitis vos *missuros* (*esse*). Illi promittunt se *adhibituros* (*esse*) diligentiam.

Dico literas *scriptum iri* a me. Dico te *sciturum* (*esse*);—illum sciturum (esse). Dico vos et illos *scituros* (*esse*). Dicis literas *scriptum iri* a te. Dicit literas *scriptum iri* a se. Dicit me *sciturum* (*esse*) rem omnem. Dicit te *auditurum* (*esse*). Dicit regīnam *auditurum* (*esse*).

2. Signifying *bare event.*

46.] Credo me *visurum* (*esse*). Credis te *potiturum* (*esse*) victoria. Ille credit se *iturum* (*esse*). Nos credimus nos *impetraturos* (*esse*) veniam. Vos creditis vos *facturos* (*esse*) rem. Illi credunt se *inventuros* (*esse*) amīcos.

Credo veniam *impetratum iri* a nobis. Credo te *potiturum* (*esse*) victoria. Credo illum *iturum* (*esse*). Credo vos et illos *mansuros* (*esse*). Tu credis me *visurum* (*esse*). Tu credis illum *auditurum* (*esse*). Sperat me non *iturum* (*esse*). Sperat te *impetraturum* (*esse*). Sperat nos *daturos* (*esse*) operam;—operam *datum iri* a nobis. Speramus illos *inventuros* (*esse*) amīcos;—amīcos *inventum iri* ab illis.

55–2. Dixi me *scripturum* (*esse*) literas. Tu dixisti te *scripturum* (*esse*) literas. Dixit se *scripturum* (*esse*) literas. Nos promisimus nos *daturos* (*esse*) operam. Vos promisistis vos *missuros* (*esse*). Illi promisērunt se *adhibituros* (*esse*) diligentiam. Dixi literas *scriptum iri* a me. Dixi te *sciturum* (*esse*). Dixi illum *sciturum* (*esse*). Dixi vos et illos *scituros* (*esse*). Dixisti literas *scriptum iri* a te.

47.]

56–3. Ostendi me ei *satisfacturum fuisse.* Existimabit me *scripturum* non *fuisse.* Censes me hæc *dicturum fuisse.* An censes me tantos labores *suscepturum fuisse?* Non putavissemus te illud *facturum fuisse*, nisi, &c. Mihi exploratum est Cæsărem hoc neque *facturum*, neque *passurum fuisse.* Dico illum hæc non *venditurum fuisse.* Quid arbitramur eos *facturos fuisse?* Nemo mihi persuadēbit Paulum et Africanum tanta *fuisse conaturos*, nisi, &c.

PRESENT TENSE.

48.] 57. Putant te *sapĕre.* Tu putaris *sapĕre.* Putabant illum *sapĕre.* Ille putabatur *sapĕre.*

PERFECT TENSE.

Dicunt Romulum *condidisse* Romam. Romulus dicitur *condidisse* Romam. Dicunt Romam *conditam esse* a Romulo. Roma dicitur *condita esse* a Romulo. Dixērunt Romulum *condidisse* Romam.

FUTURE TENSE.

Credunt regem (*esse*) *venturum.* Creditur rex (*esse*) *venturus.*

Miscellaneous Examples turned into Latin.

Censesne tam egregios homines tantas res gessisse sine causa? Antīqua philosophia sensit vitam beatam in virtute una poni. Puto

non esse alienum a me scribĕre ad te. Volui te hoc intelligĕre. Volui te hæc intellecturum esse. Censemus te facillime posse id explanare;—te explanaturum esse;—te id explanavisse. Censuimus te posse facillime explanare id;—te id explanavisse;—te id explanaturum esse;—te id explanaturum fuisse. Scis me sentire istud idem;—me sensisse istud idem. Scivisti me sentire istud idem. Arbitror
49.] te malle experīri taciturnitatem nostram. Arbitrabar te malle experīri taciturnitatem nostram. Perspicuum est hominem constare e corpore animoque. Omnibus innatum est, et in animo quasi insculptum deos esse.

PARTICIPLES.

PRESENT PARTICIPLE.

59. Ego *laudans* te. Tu *expĕtens* sapientiam. Deus *gubernans* mundum.

Future Participle Active.

60. Ego *laudaturus* te. Tu *scripturus*. Ille *daturus* operam.
50.] Nos *acturi* gratias. Quid *facturus* es (or *facturi* estis). Me miserum! *dicturus* erat. *Daturus* jam fui.

61. Nihil ego *sum* illi *dāturus*. Non *dicturus es*. Pater *mansurus est* patruum.

62. Quæ Cæsar non *facturus fuit*, ea fiunt. *Periturus fuit*, si relictus erat. Me *fleturus* ademptum ille *fuit*. Non *lecturus fuit* literas. *Facturus fuit*. Plus *præstaturus fuisti*, si cito negavisses. Gloria Pieridum summa *futurus eras*. *Emendaturus*, si licuisset, *erat*.

Perfect Participle Passive.

51.] 63–1. Tu *quæsītus* a me heri. Tu sæpe *quæsītus* a me frustra. Mundus, *creatus* ex nihilo, durat adhuc. Homines *redacti* ad paupertatem contemnuntur. Urbs *capta* incensa est ab hostibus. Hostes urbem *captam* incendērunt.

Acies *victa*. Terra *arata*. Hostes *armati capta* dominantur in urbe. Tempus *præteritum*.

2. *Deponent Verbs.*

Ego *expertus* loqui. Tu, *nactus* divitias, invenies amīcos. Sic ille *fatus*, tacuit. Gratulor tibi *potīto* victoria. Illi sæpius *conati* frustra, conatu destitērunt. O vos *passi* graviora. Crede *expertis*.

52.] Sol *ortus* nubibus obductus est. Illi *ingressi* (in) urbem. Illi *reversi* domum. *Experrecti* vana somnia contemnimus.

Da veniam (mihi) *fasso*. Patres (eorum) *profecti* domo curavērunt id. *Nixus* hasta stetit.

Future Participle in DUS.

64. Injuria *fugienda*. Injuria est *fugienda*. Deus *colendus*. Deus est *colendus*. Non *negligenda* est fama. Munus *fungendum*.

Voluptas *fruenda*. Illa non est *potiunda*. Res *glorianda*. Vinum *negandum* est pueris.

53.] *Adhibenda* est reverentia quædam adversus homines. Amīci sunt *monendi* et *objurgandi;* et id *accipiendum* est amīcè, quod benevŏlè fit. Hujus salus *desperanda* est, qui verum audire nequit. Ut desint vires, tamen est *laudanda* voluntas. Leniter, ex merito quicquid patiare, *ferendum* est. Virtus *anteponenda* est auro, et bona valetudo voluptati. Amicitia *anteponenda* est omnibus rebus humanis. Vita data est *utenda*. Vicīni rogant vasa *utenda*. Hoc accipio *utendum*. Vitam accepimus *utendam*. Id quod accepimus *utendum*, *reddendum* est.

65. *Cavendum* est superbiam. (*Cavenda* est superbia). *Dandum* est operam. (*Danda* est opera).

54.] *Danda* est opera virtuti, si volŭmus vel beate vivĕre, vel beatè mori. *Servanda* est fides. *Servanda* est fides, etiam hosti data. Lingua tibi est *continenda* diligentissimè tum, quum animus iracundia moveatur. In omnibus rebus *adhibenda* est præparatio diligens, priusquam aggrediaris.

Miscellaneous Examples turned into Latin.

Nullus cunctam terram intuens de divina providentia dubitabit. Vetat Deus dominans in nobis demigrare. Animus erigens se prospexit posteritatem. Acies tertia hostem venientem excepit. Transire conantes insecuti gladiis magnam partem eorum interfecērunt. Tarquinius, stipatus agmine armatorum, in forum irrūpit; inde omnibus perculsis pavore, in rege sede pro curia sedens, patres citari jussit. Brutus, illis luctu occupatis, cultrum ex vulnĕre Lucretiæ extractum, manantem cruore præ se tenens, inquit. Valerius triumphans Romam rediit. Hæc dicta vulgo creditaque, quum angĕrent consulis animum, vocato ad concilium populo, summissis fascibus, in concionem descendit. Cæsări omnia uno tempore erant agenda; vexillum proponendum; signum tuba dandum; ab opere revocandi milites; acies instruenda; milites cohortandi; signum dandum.

THE GERUND.

Gerund in DUM *of the nominative case.*

55.] 67. *Moriendum* est mihi. *Moriendum* est tibi. *Moriendum* est illi. *Moriendum* est nobis. *Moriendum* est vobis. *Moriendum* est omnibus.

Cavendum est (nobis). *Standum* est promissis. Paci semper *consulendum* est. *Cavendum* est, ne nos desidiæ dedamus. *Orandum* est (nobis). *Resistendum* est (nobis) senectuti, et *pugnandum* est contra eam, tanquam contra morbum. *Manendum* est mihi hic diutius, at tibi *eundum* domum nunc est. Quid cessas? *Properandum* erat (tibi). (Nos) stulti homines capimur

56.]

voluptate; cujus illecebris *resistendum* est; et *pugnandum* est contra amorem ejus, tanquam contra morbum. *Standum* (tibi) erat promissis. Catoni *moriendum* potius erat. Deinceps de gerundio in DI *dicendum* est (nobis).

The Gerund in DI.

68. Libīdo *augendi* opes. Metus *amittendi* pecuniam. Via *vivendi*. Cupiditas *discendi*. Cupidus *discendi*. Iracundia est *ulciscendi* libīdo.

Pueri non possunt judicare quæ via *vivendi* optima sit. Optima *vivendi* via eligenda est, eamque jucundam consuetudo reddet. Avāri cruciantur, non solum libidine *augendi* ea quæ habent, sed etiam *amittendi* metu. Magnitudo utilitatis debet nos ad suscipien-
57.] dum *discendi* laborem impellĕre. Ille qui rectè et honestè curriculum *vivendi* a natura datum conficiet, ad cœlum ibit. Avaritia cupiditate *quærendi* miserrima est, nec *habendi* fructu felix. Hominis mens *vivendi audiendi*que delectatione ducitur.

Libīdo *ulsciscendi*. Libīdo *augendi* divitias. Cupiditas *quærendi*. Illecebra *peccandi*. Est tempus *agendi*, et tempus *quiescendi*. Causa *pœnitendi*.

Modus *ludendi* est retinendus.

The Gerund in DO. *Dat.*

69. Semen utile *serendo*. Charta inutilis *scribendo*. Crura apta *natando*. Non est (habilis, idoneus) *solvendo*.

The Gerund in DUM. *Acc.*

58.] 70. Paratus ad *scribendum*. Aptus ad *discendum*. Merces ob *docendum*. Homo natus est ad *laborandum*. Virtus allīcit homines ad *diligendum*. Adhibe omnem diligentiam ad *discendum*. Pueri nimium propensi sunt ad *mentiendum*. Res necessariæ ad *vivendum*.

Ad *pœnitendum* properat, cito qui judicat. Ne accedas ad *puniendum*, iratus. Non solum ad *discendum* propensi sumus, verum etiam ad *docendum*. Verus amīcus propensior est ad bene *merendum*, quam ad *reposcendum*. Inter *eundum*, habebimus satis temporis ad *fabulandum*. Hæc sunt facilia ad *judicandum*.

The Gerund in DO. *Abl.*

71. Voluptas capitur ex *discendo*. *Orando* impetrare. Ira est prohibenda in *puniendo*. Mens *discendo* alitur. Uxor *parendo* imperat. Nihil *agendo*, malè agĕre discimus. Augemus dolorem
59.] *commemorando*. Aiunt Regulum *vigilando* necatum esse. Nihil tam difficile est, quin *quærendo* investigari possit. Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe *cadendo*. Qui monet ut facias quod jam facis, ille *monendo* laudat.

Miscellaneous Exercises on the Gerunds.

Nominative.—Juvenibus parandum, senibus utendum est. Pythagŏræ discipulis quinque annis tacendum erat. Nobis laudandum est bonos. Dico nobis vero concedendum esse. Nobis resistendum fuit inimīcis. Cuique suo judicio utendum est.

Genitive.—Avāri homines non solum libidine augendi cruciantur sed etiam amittendi metu. Parsimonia est scientia vitandi supervacuos sumptus, aut ars re familiari moderatè utendi. Dicendi difficultatem pertimescit.

Dative.—Charta emporetica inutilis est scribendo. Hæc aqua est utilis bibendo. Estne ille equus idoneus currendo? Hoc semen utile est serendo. Natura dedit ranis crura apta natando. Hoc commune ediscendo et scribendo.

Accusative.—Non solum ad discendum propensi sumus, sed etiam ad docendum. Ut ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad intelligendum et ad agendum natus est. Parthi sunt promptiores ad faciendum quam ad loquendum. Inter ambulandum confabulabimur.

Ablative.—Homo munificus in dando, tum in exigendo non acerbus. Prohibenda est ira in puniendo. Aristotelem a scribendo Plato non deterruit. Homini virtus traditur instituendo, et persuadendo. Nihil agendo malè agĕre hŏmines discunt. Lycurgi leges erudiunt juventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.

GERUNDIVES.

1. *The Gerund in* DI.

60.] 72. Metus amittendi pecuniam. Metus *amittendæ* pecuniæ. Avārus cruciatur metu *amittendæ* pecuniæ. Ratio remunerandi beneficium. Ratio *remunerandi* beneficii. Spes potiundi oppido. Spes *potiundi* oppidi. Modus fruendi voluptate. Modus *fruendæ* voluptatis. Gratia exercendi memoriam. Gratia *exercendæ* memoriæ.

2. *The Gerund in* DO. *Dat.*

61.] Aptus ferendo onus. Aptus *ferendo* oneri. Manus apta *ferendo* clypeo. Ut divites conferrent, qui oneri *ferendo* (pares) essent. Idoneus *perpetiendo* labori.

3. *The Gerund in* DUM. *Acc.*

Ad amandum homines. Ad *amandos* homines. Natura propensi sumus ad *diligendos* homines. Ad contemnendum voluptates. Ad *contemnendas* voluptates. Humana natura imbecilla est ad *contemnendas* voluptates. Ad juvandum homines. Ad *juvandos* homines. Homo natus est ad *juvandos* et *conservandos* homi-

nes. Ad perfruendum voluptatibus. Ad *perfruendas* voluptates. Ad fungendum munere suo. Ad *fungendum* munus suum. Conturbatus oculus non est probè affectus ad suum munus *fungendum*. Ad considerandum res. Ad *considerandas* res.

4. *The Gerund in* DO. *Abl.*

In equis *parandis* curam adhibent homines, in amīcis *eligendis* negligentes sunt. Maxima autem diligentia adhibenda est in amī-
62.] cis *comparandis*. In gerendo res. In *gerendis* rebus. In plerisque rebus *gerendis*, tarditas et procrastinatio noxia est. In contemnendo voluptatem. In *contemnenda* voluptate. Honestas in voluptate *contemnenda* consistit. Fruendo voluptatibus. *Fruendis* voluptatibus. *Fruendis* voluptatibus crescit carendi dolor. Referendo gratiam. *Referenda* gratia. Nullum officium *referenda* gratia magis necessarium est. In fungendo muneribus. In *fungendis* muneribus.

Curavit id facĕre. Curavit id *faciendum*. Mandavit puerum ali. Mandavit ut puer aleretur. Mandavit puerum *alendum*.

Miscellaneous Examples rendered into Latin by Gerunds and Gerundives.

Romulum cupīdo cepit urbem condendi (urbis condendæ). Omnia judicia aut detrahendi controversias aut puniendi malificia (detrahendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum) reperta sunt. Aut voluptates omittuntur majores voluptates adipiscendi (majorum voluptatum adipiscendarum) causa, aut dolores suscipiuntur majores dolores effugiendi (majorum dolorum effugiendorum) causa. Lignum aridum materia est idonea eliciendo ignes (eliciendis ignibus). Reliqua tempora demetendis fructibus et per-
63.] cipiendis accommodata sunt. Sunt nonnulli lusus acuendo puerorum ingenia utiles (acuendis ingeniis).

Pythagŏras Babylonem ad perdiscendum motus (perdiscendos motus) siderum profectus est, inde Cretam et Lacedæmonem ad cognoscendum Minois et Lycurgi leges (ad cognoscendas leges) contendit. Palpebræ aptissimè factæ sunt ad claudendas pupullas et ad aperiendas. Ad connectendas amicitias vel tenacissimum vinculum morum similitudo est. Non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisque tegumenta detrahenda tempus defuit.

In spernendo ac repudiando voluptatem (spernenda ac repudianda voluptate) virtus cernitur. Multi in pecunia paranda adhibent curam, in ea utenda negligentes sunt. Honestas consistit in contemnendo voluptatem (contemnenda voluptate). Nullum officium magis necessarium est referendo gratiam (referenda gratia).

SUPINES.

74. *The former Supine.*—Ibo *spectatum.* Veni *oratum* veniam. Misit *rogatum* auxilium.

64.] 75. *The latter Supine.*—Facile *intellectu.* Jucundum *audītu.* Res difficilis *factu.* Res digna *relatu.* Hæc sunt deformia *visu.* Difficile est *dictu*, quid sit optimum *factu.* Difficilis res est *inventu* verus amīcus. Nil *dictu* fœdum, *visu*ve hæc limina tangat, intra quæ puer est.

English Examples turned into Latin.

Supine in UM.—Legati ad Cæsărem gratulatum convenērunt. Præfecti regis Persarum legatos misērunt Athenas questum. Vejentes pacem petītum oratores Romam mittunt. Italiam spectatum ivērunt. Hannibal patriam defensum revocatus est. Mæcenas ivit lusum, ego et Virgilius ivimus dormītum.

Supine in U.—Cognĭtu facilis oratio. Virtus difficilis inventu est. Incredibile dictu. Quod optimum factu videatur facies. Hoc fas dictu est.

SYNTAX.

PART II.

Rule I.

65.] 251. Cave *voluptatem*, *matrem* omnium malorum. *Plato philosophus* appellat *voluptatem escam* malorum. Noli repudiare *gloriam fructum* veræ virtutis. *Assentatio* vitiorum *adjūtrix* pro-
66.] cul amoveatur ab amicitia. *Simia* quam similis turpissima *bestia* nobis. *Otho*, *vir* fortis et *necessarius* meus, equestri ordini restituit dignitatem. *Themistocles*, *imperator* bello Persico, *Græciam*, *domum* libertatis, servitute liberavit. *Brutus* et *Cassius*, *interfectōres* Cæsăris, ingens bellum movērunt. *Titus*, humani generis *deliciæ*, optimus princeps vocatus est. Græci *milites*, præcipua *spes*, ad Darium pervenērunt.

Tanta in quibusdam peccandi libīdo est, ut *hoc* ipsum, eos delectet, *peccare*.

256. Vatinius contemnit *meam* legem, *hominis* inimīci. Hoc studium *tuo* judicio probatum est, *viri* gravis et eruditi.

67.] *Quis* est pauper? *Avārus* (est pauper). *Quorum* virorum est magna penuria? (Est magna penuria) *Bonorum*. *Cui* inimīca est voluptas? (Voluptas est inimīca) *Virtuti*. *Quem* debemus venerari? (Debemus venerari) *Deum*. *Quo* capiuntur pisces? (Pisces capiuntur) *Hamo*. *Quo* capiuntur homines? (Homines capiuntur) *Voluptate*. *Quo* Deus homini nihil præstabilius dedit? (Deus homini nihil præstabilius dedit) *Mente* et *ratione*.

English Examples turned into Latin.

Romani cum Tigrane Armeniorum rege bellum gessērunt. Consul, vir fortissimus cum exercitu missus est. Quoties tu me designatum, quoties consulem interficĕre conatus es? Hoc docuit usus, magister egregius. Omitto illam omnis doctrinæ inventrīcem, Athēnas. Cæsări quæstori ulterior Hispania obvēnit. Auri argentique usus velut omnium scelerum materiæ sublatus est Lycurgo.

Rule II.

68.] 263. *Acti labores jucundi* sunt. Semper *timidum scelus* est. *Res humanæ* sunt *fragiles* et *caducæ*. *Nemo* repente fuit *turpissimus*. *Præteritum tempus* nunquam revertitur. Et semel emissum volat *irrevocabile verbum*. *Verum decus* in virtute *positum* est. Non est ad astra *mollis* e terra *via*. Nam *tua res* agitur, *paries* quum *proximus* ardet. *Nos omnes metam* properamus ad *unam*. *Suam* quisque *conditionem miserrimam* putat. *Innocui* (*vos*) vivite, numen adest. *Vos* vivitis tanquam semper *victuri*. Inquĭnat *egregios adjuncta superbia mores*. Literæ *secundas res* ornant, *adversis* (*rebus*) perfugium et solatium præbent. *Nulla* est tam *facilis res*, quin *difficilis* sit, quum (*tu*) *invitus* facias.

69.] 265–268. Metellum *multi filii*, *filiæ*, *nepotes*, *neptes* in rogum imposuērunt. *Homines*, *bestiæ*, *pisces*, et *aves* a Deo *creati* sunt. *Regnum*, *libertas*, et *vita*, *adempta* sunt. *Rex* regisque *classis* una *profecti* sunt. Inter se *contraria* sunt *beneficium* et *injuria*. *Murus* et *porta* de cœlo *tacta* est.

269. *Boni* dilĭgunt *bonos*. Est tantum paulo melior *pessimo*. Præmia magna manent *bonos*. *Impii* apud *inferos* pœnas luent. Nec Pompeius ferēbat *parem*, nec Cæsar *superiorem*. Servi qui in vestibŭlo erant, ut *armatos* conspiciēbant, rati actum esse de dominis,
70.] vociferabant *missos* esse qui occidĕrent *captas*. Non *omnia* possumus *omnes*. Aspiciunt *superi mortalia*. Natura *paucis* contenta est. Video *meliora* proboque, *deteriora* sequor. Specta semper *cœlestia*, contemne et neglige *humana*. Deus cernit *omnia*. Mors *omnia* devŏrat. *Ignoti* nulla cupīdo est. Non *omnes eădem* mirantur amantque. Nitimur in *vetitum* semper, cupimusque *negata*.

Omnia præclara sunt *rara*. *Hæc humana* ut exigua contemnamus, cogitantes *supera* et *cœlestia*. *Minima* de malis *eligenda* sunt. *Mala* sunt *vicīna* bonis. In præstantibus rebus, *magna* sunt *ea*, *quæ* sunt optimis *proxima*.

270. 271. De se ipso *dicĕre* est *senile*. *Humanum* est *errare*. *Incertum* est *quam longa nostri cujusque vita futura sit*. *Magnum* est *eădem habēre monumenta majorum*. Quando *istud cras* veniet?
71.] *De suo jure decedĕre* nonnunquam est non modo *liberale* sed *fructuosum*.

273. In *prima provincia*. *Media nox*. In *ultimam provinciam*. In *summo monte*. Post eas *ceterum exercitum* locat.

274. *Græci matutini* appropinquavērunt, *læti*que prœlium iniērunt. Tibi penitus *toti*que nos tradidimus. *Priori Remo* augutium vēnit. *Romani frequentes* convenērunt. Romam *sera avariria* atque *luxuria* immigrârunt.

275. Signa et ornamenta, *aliud alio* in *loco*, intuebantur. *Alius*
72.] *alio more* viventes. Milites *alius alium* læti appellant. Illi *alias aliud* iisdem de rebus sentiunt. Equites *alius alia* dilabuntur.

276. Quæ loca minus tuta erant, *alia* fossis, *alia* vallis, *alia* turribus, muniēbat. *Aliud* est maledicĕre, *aliud* accusare. Quorum *alter* exercitum perdidit, *alter* vendidit. *Alteram* ille amat *sororem*, ego *alteram*.

277. *Optimus quisque* maxime posteritati servit. Epicureos *doctissimus quisque* contemnit. Mos est *gravissimum quodque* granum serĕre.

278. Samnitium *cæsi* sunt *tria millia* ducenti. *Alta cremata* est *Ilion*. *Excisa* est *Pergamum* ferro.

279. Magna *pars* hominum *vulnerati* aut *occisi* sunt. *Servitium* conjurabant ut arcem *armati* occuparent.

281. *Uterque insaniunt*. Eodem die *uterque* eorum ex castris stativis exercitum *educunt*. Sibi *quisque habeant* quod suum est. Decimus *quisque* ad supplicium lecti sunt.

73.] 282. Non egeo medicina *me ipse* consolor. *Sibi ipse* pepĕrit laudem maximam. Qui *se ipse* noverit aliquid sentiet se habēre divinum.

283. *Nostram ipsorum* libertatem interdum subrui patimur. *Suamet unius* opera Mithridates Cappadociam cepit. Ei *meæ præsentis* preces non profuturæ sunt, cui nomen *meum absentis* honori fuit. Contentus ero *nostra ipsorum* amicitia.

Miscellaneous English Examples turned into Latin.

Multas a te accepi epistolas, omnes diligenter scriptas. Optimæ leges hac lege, sine ulla exceptione, tollentur. In fuga, fœda mors est; in victoria, gloriosa. Meam tuorum erga nos meritorum memoriam nulla unquam delēbit oblivio. Urbem Romam putavi stultus ego huic nostræ similem. Magna pars hominum vulnerati aut occisi sunt. Servitium conjurabant ut armati arcem occuparent.

In civitate libera, lingua mensque liberæ esse debent. Menelaus et Paris armati pugnabant propter Helĕnam et divitias. Culĭces acida petunt, ad dulcia non advŏlant. Progrĕdi arduum erat, regrĕdi periculosum. Id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis. Nemo opifex naturæ sollertiam consĕqui potest imitando. Omnium provinciarum Hispania postrema perdomita est. Urbem mediam interfluit Marsyas amnis. Prima luce summus mons a Labieno tenebatur. Incerta pro certis habēre stultissimum est.

Rule III.

284. Cave *voluptatem*, *quæ* est capitalis pestis hominibus. **74.**] Cole *virtutem* in *qua* verum decus positum est. *Avārus qui* semper eget non potest esse dives. Fortiter *ille* facit *qui* miser esse potest. *Tempori* parce, *quod* semel præteritum nunquam revertitur. Rarissima sunt *ea*, *quæ* sunt optima. Despiciendæ sunt *res* humanæ, *quæ* fragiles et caducæ sunt. Cole studium *literarum*, *quæ* secundas res ornant, adversis (rebus) perfugium et

solatium præbent. Videntur tollĕre solem e mundo *qui tollunt* amicitiam e vita. Non beatus est *qui scit* bonum, sed *qui facit.* Est (quidam) *qui cœpit* nuper disserĕre, animam interire simul cum corpore. Fortior est *qui* se, quam *qui* fortissima *vincit* oppida. Animum rege; *qui*, nisi paret, *impĕrat.* Necquicquam sapit, *qui* sibi non *sapit.* *Qui* multum *habet*, plus cupit. Fatetur facinus is *qui* judicium *fugit.* Feliciter is sapit *qui* alieno periculo *sapit.*

75.] *Qui* effugĕre errorem *volet*, adhibēbit ad res considerandas tempus et diligentiam. Quæ est melior in homine natura, quam eorum, *qui* se natos ad homines juvandos *arbitrantur.* Periculum ex aliis fac, tibi *quod* ex usu *sit.*

Leviores eæ sunt injuriæ, *quæ* repentino aliquo motu *accĭdunt*, quam eæ, *quæ* consulto et cogitato *fiunt.* Bona fortunæ perinde sunt, ut ejus animus *qui* ea *possidet*; *qui* uti *scit*, ei bona; *qui* non *utitur* recte, (ei) mala. Is *qui*, quam potuit *dat* maxima, gratus abundè est.

Multi honores contemnunt *quorum cupiditate* quidam inflammantur. Stude scientiæ, *qua* nihil est *jucundius.* Vir bonus prodest, *cui* potest (*prodesse*); nocet nemini. Quidam nisi *quod* ipsi *faciunt* nihil rectum putant. Profusissimi sumus in temporis jactura, *cujus* unius honesta *avaritia* est. Deus omnium rerum, *quas* natura *desiderat*, abundantiam et copiam nobis suppeditat.

76.] Mors est terribilis iis, *quorum* cum *vita* omnia extinguuntur; non iis *quorum laus* emŏri potest. Una amicitia est in rebus humanis, de *cujus utilitate* omnes uno ore consentiunt.

Injusti sunt, et *qui inferunt*, et, *qui* ab his *quibus infertur*, non *propulsant* injuriam. Est profecto deus, *qui*, *quæ* nos gerimus, *audit*que et *videt.*

285. *Qui* non est præditus virtute, [*ille*] non est vere dives. Etiam *qui* faciunt, [*illi*] odio habent injuriam. *Quod* honestum, *id* utile est. *Quod* præclarum est, *ĭdem* arduum est. *Qui* opibus et copiis sunt præditi, *ii* debent esse liberales et benefĭci. Egēnis *quas* dedĕris, solus semper habēbis *opes.* *Quod* ipse patitur, *id* omnium gravissimum quisque putat. *Quam* quisque moverit artem, in *hac* se exerceat. *Quæ* in terra gignuntur, ad usum hominum

77.] *omnia* creantur. Homines *quod* facĕre ipsi non possunt, *id* rectè fiĕri in altero judicant. Tum denique omnes nostra intelligimus bona; quum *quæ* in potestate habuimus, *ea* amisimus.

Bis dat, *qui* citò dat. Iracundiam *qui* vincit, hostem vincit maximum. *Qui* tradit se voluptatibus, non est dignus nomine hominis. Scientia *quæ* remota est a justitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda. Leve fit, *quod* bene fertur onus.

287. Nec *mea* verba legitis *qui* submotus sum ad Istrum. *Conjuravērunt* pauci contra rempublicam, de *qua* quam verissime potero dicam. *Agidem regem Lacedæmonii*, *quod* nunquam antea apud eos accĭdit, *necavērunt.* *Servi quod* nunquam ante factum erat,

78.] *manumissi sunt*, et *milites facti sunt*. *Dies quindĕcim supplicatio decreta est*, *quod* ante id tempus accĭdit nulli.

288. Helvetii continentur, una ex parte, *flumine Rheno qui* agrum Helvetium a Germanis dividit. Cæsar ad *flumen Scaldim*, *quod* influit in Mosam ire constituit.

289. Pausanias *Colonas*, *qui locus* in agro Troade est, se contulit. Mago ad colloquium *Suffetes*, *qui* summus Pœnis *magistratus* est, eliciebat. Homines *domicilia* sua conjuncta *quas urbes* dicimus, mœnibus sepsērunt.

290. Themistocles de servis suis *quem* habēbat *fidelissimum* ad Xerxem misit. Volsci acie victi Volscas *urbem quam* habuērunt *optimam* perdidērunt.—291. *Naves captivique qui* ad Chium navali prœlio capti erant, restituti sunt.

293. *Quoscunque* de te queri audivi, *quacunque* potui *ratione* placavi. *Quibuscunque signis* occurrerat se aggregabat, *Quæcunque* ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur.

79.] 295–296. *Quo prœlio* bellum Venetorum confectum est. *Qui* timorem Romanorum proponit. *Qui* ubi auditus est. *Qui* quidem adolescentem negare non potuit. *Quem* Dion adeo admiratus est atque adamavit ut se totum ei traděret. *Quæ* quidem *res* ad negotium conficiendum maxime erat opportuna. *Quæ* (*classis*) ubi convenit. *Quos* cum apud se in castris Ariovistus conspicĕret, conclamavit. *Qua* in *re* Cæsar non solum publicas sed etiam privatas injurias ultus est. *Qua* de *causa* Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt. *Quem locum* duplici altissimo muro munierant. *Quæ res* plerumque magnas civitates pessum dedit.

Quod scribis, te velle scire qui sit reipublicæ status; summa dissensio est.

298. *Hac qua* diximus *ætate*, Hannibal cum patre in Hispaniam

80.] profectus est.—299. *Judice quem* novisti *populo*.—300. Nemo unquam tam impudens erat qui a diis immortalibus *tot* et *tantas* res tacitus audēret optare, *quot* et *quantas* dei immortales ad Cn. Pompeium detulērunt. Nulla est pila omni re *talis qualis* sit pila alia. *Tantam* eorum multitudinem nostri interfecērunt *quantum* erat diei spatium.

English Examples turned into Latin.

Quî potest temperantiam laudare is qui ponat summum bonum in voluptate. Quis meum consulatum, præter Clodium, qui vituperaret inventus est? Quid est tam secundum naturam quam senibus emŏri, quod ĭdem contingit adolescentibus. Animal hoc vide quem vocamus hominem. Multa quæ dicentur in his libris colligunt. Omnes natura ea sequuntur quæ videntur bona. Qui mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparat. Quæ cupiditates a natura proficiscuntur facile explentur. Multa me sollicitant anguntque quæ sermone exhaurire possum.

Consules ad eum exercitum quem in Apulia habēbam, venērunt.

Amicitia quæ desiit nunquam vera amicitia erat. Virtus et doctrina sunt divitiæ quas nullus fur auferre potest. Posteri multas artes invenient quas nos nondum invenĭmus. Nullum animal quod sanguinem habet sine corde esse potest. Qui facile credit, facile decipitur. Quæ recta sunt merito laudantur. Qui nihil agĕre videntur sæpe majora agunt quam alii. Est ridiculum quærĕre quæ non possumus habēre.

Binas a te accēpi literas, Corcyræ datas; quarum alteris mihi gratulabĕre, quod audisses, me meam pristĭnam dignitatem obtinēre; alteris dicēbas te velle, quæ egissem, bene et feliciter evenire. Ego autem, si dignitas est bene de republica sentire, et bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam: Sin autem in eo dignitas est, si, quod sentias, aut re efficĕre possis, aut denique libera oratione defendĕre; ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis; agiturque præclare, si nosmet ipsos regĕre possumus, ut ea quæ partim jam adsunt, partim impendent, moderate feramus; quod est difficile in ejusmodi bello, cujus exitus ex altera parte cædem ostentat, ex altera servitutem.

Rule IV.

81.] 303. *Ego* verum *amo;* verum *volo* mihi dici; mendacem *odi. Tu fecisti* officium tuum. Semper *avārus eget. Nequitia regnat. Nemo nascitur* sine vitiis. Bonum apud virum cito *moritur iracundia. Deliramus* interdum (*nos*) senes. *Honos alit* artes; omnesque (*nos*) *incendimur* ad studia gloriâ. *Labuntur anni.*

304. Necesse est *mori.* Humanum est *errare.* Est quædam *flēre* voluptas. *De se ipso dicĕre* senīle est. Animum *vincĕre*, iracundiam *cohibēre* præclarum est. *In scientia excellĕre*, pulchrum putatur; *nescire* autem, turpe ducitur. *De republica bene merēri*,
82.] præclarum est. *Promissa non servare* contra officium est. *Incerta pro certis* habēre stultissimum est. Gravis est culpa, *tacenda loqui.* In magnis *velle* sat est. Quam difficile est *crimen non prodĕre vultu. Nescire quid acciderit antequam natus sis*, est *semper puerum esse.*

312. Rule I. (*Taken together.*)—*Justitia et benignitas conciliant* amīcos. *Furor iraque* mentem *præcipitant. Temeritas, libīdo, et ignavia* semper animum *excruciant*, et semper *turbulentæ sunt.* Cæcos *reddunt cupiditas, et avaritia, et audacia. Aurum et purpura* curis *exercent* hominum vitam. *Impŏbus et avārus inopes existimandi sunt.* In acie Romana, *Castor et Pollux* ex equo
83.] pugnare *videbantur. Spectantur* in chartis *tenuitas, densitas, candor, lævor.*

313. Omnis virtus nos ad se allĭcit, sed *justitia* et *liberalitas* id maxime *efficit.* Societatis humanæ vinculum *est ratio* et *oratio. Conscientia* bene actæ vitæ, et benefactorum *recordatio jucundissima est. Mens, ratio* et *consilium* in senibus *est.* Ad eos qui

sapientiam adepti sunt *laus*, *honos*, *dignitas confluit*. Consideremus, quæ *sit* in natura hominis *excellentia* et *dignitas*. *Excitanda est animadversio* et *diligentia*, ut nequid temerè ac inconsideratè agamus. Sub idem tempus et *Marcellus* et *Q. Fulvius* consul Romam *venit*. In Miltiade *erat* quum summa *humanitas*, tum mira *comitas*, *magna auctoritas* apud omnes civitates, nobile *nomen*, *laus* rerum militarium maxima. *Frons*, *oculi*, *vultus*, sæpe *mentiuntur*.

84.] 314. *Bocchus*, *cum peditibus* postremam Romanorum aciem *invadunt*. Ipse *dux*, *cum* aliquot *principibus capiuntur*. *Quirīnus cum* fratre *Remo* jura *dabunt*.

315. Et *tu* et omnes mei *amīci corruistis*. *Ego* ac *tu* simplicissime inter nos hodie *loquimur*. *Ego* atque *tu* omne illud tempus una *eramus*. Et *ego* et *tu sumus* in culpa.

(*Taken separately.*)—Partem planitiæ aut Jovis *templum* aut *oppidum tenet*. Sive *servus* sive *liber fecerit*, probe factum esto. Cimmeriis aspectum solis *deus* aliquis, sive *natura*, *ademerat*, sive ejus loci quem incolēbant *situs*. *Turdus* sive aliud *privum dabitur* tibi, *devŏlet* illuc. Exc.—Ut *studium* aut *gratia* quemque *occupârunt*. Hæc si neque *ego* neque *tu fecimus*, non sivit egestas nos facĕre.

85.] 316. Rule II.—1. Eodem tempore et *exercitus ostendebatur*, et *classis intrabat* portum. Tanta *multitudo* lapides et tela *conjiciebat*. Maxima *pars* hominum morbo *jactatur* eodem. *Scinditur* incertum studia in contraria *vulgus*.

2. *Pars* epulis *onerant* mensas, et plena *reponunt* pocula. *Pars* viscera in frusta *secant*, veruque trementia *figunt*.

317. Cum hostium *acies* a sinistro cornu in fugam *conversa esset*, a dextro cornu vehementer nostram aciem *premēbant*. *Gallia* maxime *delectatur* jumentis, eaque impenso magno *parant*.

318. Eodem die *uterque* eorum ex castris stativis *educunt*. *Utraque* festīnant, brachiaque docta *movent*. Cetera multitudo sorte *quisque* decimus ad supplicium *lecti sunt*. Quum *alius* alii subsidium *ferēbant*, audacius resistĕre *cœpērunt*.

English Examples turned into Latin.

86.] Libertas populi Romani agitur. Voluntates civium fuērunt diversæ. Timor te bonum faciēbat. Ratio nostra consentit, oratio pugnat. Recordatio servitutis faciet libertatem jucundiorem. Nemo interpellat; omnes diligunt me. Volumus judicare verè. Nos, nos consules desumus. Peccare nunquam est utile. Prodĕre patriam peccatum.

Seleucus et Antiochus bellum propter Asiam gerēbant. Ninus et Semiramis magnam gloriam adepti sunt. Secernĕre a corpore animum nec quicquam aliud est quam emŏri discĕre. Salutare benignē et comiter unumquemque appellare haud unquam injucun-

dum. Interea omnis Græcia divisa in duas partes, convertērunt arma ab externis bellis velut in viscera sua; igitur duo corpora fiunt de uno populo, et milites divisi sunt in duos hostiles exercitus. Post prœlium nulla mulier flebat amissum conjugem; omnes dolēbant suam vicem quod ipsæ con pro patria ceciderant.

Rule V.

319. *Ira furor* brevis *est*. *Ira est initium* insaniæ. Magnum *vectīgal parsimonia est*. *Ebrietas est* voluntaria *insania*. *Virtus est perfectio* rationis. *Nobilitas* sola *est* atque unica *virtus*. Proba *vita est via* in cœlum. *Honor est prœmium* virtutis. *Invidia supplicium est* suum. Maximum iræ *remedium dilatio est*. *Justitia est domina* et *regina* virtutum. Infirmi *est* animi exiguique *volup-*
87.] *tas ultio*. *Magistratus est lex* loquens, et *lex est* mutus *magistratus*. *Magistratus dici* potest *lex* loquens. *Furor fit* læsa sæpius *patientia*. *Socrates* oraculo *sapientissimus judicatus est*. Omni in re omnium gentium *consensio lex* naturæ *putanda est*. Cur *ego salutor poëta?*

Note.—Bene vivĕre *est* bis *vivĕre*. Opinari *est assentīri* rei incognitæ. Vinum pueris dare *est* ignem igne *incitare*. Beneficium accipĕre, libertatem *vendĕre est*. Hoc *est decipĕre*.

321. *Non temere credĕre nervi sunt* sapientiæ. *Contentum esse suis rebus*, maximæ *sunt* certissimæque *divitiæ*. *Divitiæ* grandes homini sunt, *vivĕre parce æquo animo*.

321. *a*. Non omnis *error stultitia* est *dicenda*. *Inconstantia*,
88.] *quod* est *vitium*. Oderis *calumniam*, *quod* est *vitium* magnum. Justa *gloria qui* est *fructus* veræ virtutis non est repudianda. Illud *animal* præditum ratione, *quem* vocamus *hominem*. Caritas, *quod aptissimum* est ad quietè vivendum.

325. Poeta dicit, *iram esse* brevem *insaniam*. Cicero dicit, *iram esse initium* insaniæ. Vere dici potest, *magistratum esse legem* loquentem, et *legem esse* mutum *magistratum*. Accepimus *Socratem* oraculo *sapientissimum esse judicatum*. Optimum *vectīgal* duco *esse parsimoniam*.

Non datum est *omnibus esse nobilibus*, et *opulentis*. Licet *omnibus esse bonis*, si volunt. In causa facili, *cuivis* licet *esse diserto*.

326. Omnes volumus et speramus fieri *senes*. (*Nom.* or *acc.*) Non tam *multi* virtute esse *præditi* (or *præditos*) quam vidēri volunt.
89.] Optaverim honeste *pauper* (or *pauperem*) *vivĕre* potius, quam inhoneste parare divitias. Malo valēre quam *dives* (or *divitem*) *esse*. Si vis, bona fide *esse vir* bonus (or *virum* bonum), sine ut contemnat te aliquis.

327. *Nemini* licet *esse negligenti* (or *negligentem*). *Bonis* solis datur *esse* vere *beatis* (or *beatos*). Non datur omnibus *esse nobilibus* et *opulentis* (or nobiles et opulentos); sed licet *omnibus esse bonis* (or *bonos*) si volunt.

English Examples turned into Latin.

Prætor postea factus est, et consul. Plane tribunus plebis fiĕri cupit. Vultus sermo quidam tacitus mentis est. Usus magister est optimus. Consuli quæstor bonus, et vobis omnibus optimus civis videbatur. Nihil est liberale quod non justum. Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervĕnit. Sententia prima Bibuli pronunciata est. Carus omnibus expectatusque venies. Filiolam tuam amo, et amabilem esse certo scio. Vir bonus difficillime alios esse improbos suspicatur.

CONSTRUCTION OF THE GENITIVE.

Rule VI.

90.] 332. *Animi hominum* sunt immortales. Est magna *penuria bonorum. Inscitia* ineuntis *ætatis senum prudentia* regenda est. *Memoria* præteritorum *malorum* jucunda est. Multi malunt facĕre *jacturam vitæ* quam *famæ*. Dolor sæpe est *medicīna doloris*. Ita *ratio* comparata est *vitæ* nostræ et *naturæ* humanæ, ut alia ætas oriatur ex alia. *Ira Dei* lenta est. *Consuetudinis* magna *vis* est. *Omnium consensus naturæ vox* est. Corpus quasi vas est aut *receptaculum animi. Injuriarum remedium* est oblivio. Meo judicio pietas erga parentes est *fundamentum virtutum* omnium. *Comes ebrietatis* est oblivio. *Cupiditates divitiarum*, (*cupiditas*) *gloriæ*, (*cupiditas*) *voluptatum*, sunt *morbi animi*.

Demetrii vox est. Nihil mihi videtur infelicius eo, cui *nihil* unquam evēnit *adversi*. Aëneï *tauri repertor* teterrimum *artis* suæ *opus*, primus inclusus merito auspicatus est; cui Phalaris, *Pœnæ*
91.] mirande *repertor*, ipse tuum princeps imbue dixit opus. Solicitæ tu *causa*, pecunia, *vitæ* es; tuque *hominum vitiis* alimenta, pecunia, præbes.

1. *Descensus Averni* est facilis. Virtus est una *via laudis* et *honoris*. Deus habet *rationem piorum* et *impiorum*. Voluptates corporis sunt *escæ* atque *illecebræ malorum*. Opes sunt *irritamenta malorum*. *Semita* certe tranquillæ per virtutem patet *vitæ*.

2. Ambitio et *honorum contentio* miserrima est. Mitte leves spes et *certamina divitiarum*. Ereptæ *virginis ira*.

3. Ceterarum *rerum sapientiam* tuam admirari soleo. *Prudentia juris* civilis. Fides est *dictorum conventorum*que *constantia* et *veritas*. Justitia versatur in tribuendo suum cuique, et in *rerum*
92.] contractarum *fide*. Temperantia servat *rerum* omnium *modum*. Ordo, et constantia, et *moderatio dictorum* omnium atque *factorum*, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur. Amicitia nihil aliud est, nisi omnium *rerum* divinarum atque humanarum summa *consensio*. *Conscientia* rectæ *voluntatis* maxima *consolatio* est *rerum* incommodarum. Malarum *rerum audacia* fortitudo vocatur a quibusdam. *Rei* maximè necessariæ tanta *incuria* vituperanda est.

4. Acceptorum *beneficiorum delectus* sunt habendi.

335. Inexplebilis *honoris Marii fames.* Dei *amor hominum. Infamia vitiorum patris* sæpe redundat ad filium. Homines *spe custodiæ rerum* suarum urbium præsidium quærēbant. Gallos hortabatur superorum *dierum Sabini cunctatio.* Cæsar, pro veteribus *Helvetiorum injuriis populi* Romani ab iis pœnam bello repetivit.

93.] 336. Quis est qui possit conferre vitam. Trebonii cum *Dolabellæ.* Agesilaus quum venisset in portum, qui *Menelaï* vocatur in morbo implicitus, decessit.

337. Ariovistus neque *suam* neque populi Romani gratiam repudiavit. Omne *meum* est autem *tuum.* Tum Salii carmine *Herculea* facta ferunt. Tages *puerili* specie visus est sed *senīli* fuisse prudentia.

English Examples turned into Latin.

Magna est vis conscientiæ. Effectus eloquentiæ est approbatio audientium. Privatio omnis doloris recte nominata est voluptas. Tota philosophorum vita commentatio mortis est. Corpus est quidem quasi receptaculum animi. Maris subita tempestas terret navigantes. Animi vires corporis infirmitas non retardavit. Frugalitas virtus privata non regia. Mihi auctoritatem patriam suscipio.

Cupiditas voluptatis, et studium virtutis non facile in eodem homine esse possunt. Præmeditatio malorum futurorum lenit eorum adventum. Est eloquentiæ sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniumque earum virtutum quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.

Aptissima sunt arma senectutis, artes exercitationesque virtutum, non solum quia nunquam desĕrunt ne in extremo quidem tempore ætatis; verum etiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundissima est. Commemoratio tua paternæ necessitudinis, benevolentiæque ejus, incredibilem mihi lætitiam attulērunt. Populares dei multi sunt, naturalis unus est. Hæc est mea et fratris mei germana patria.

Rule VII.

94.] 339–1. *Genitive.*—Vive memor quàm sis *brevis ævi.* Pythagŏras fuit vir *nullius hilaritatis.* Parvula *magni* formīca *laboris* ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo. Perspicuum est, esse numen aliquod *præstantissimæ mentis,* quo omnia regantur. Esse Deum ita perspicuum est, ut, qui id neget, vix eum (esse) *sanæ mentis* existimem.

2. *Ablative.*—Simonides fuit vir *magna memoria.* Vulgus est *ingenio mobili.* Deus ignorare non potest *qua mente* quisque sit. Novi seculum hoc *quibus moribus* sit. Themistocles fuit *tanta*

memoria ut omnium civium nomina perceperit; Cato vero multo *meliore memoria.* Qui se omnibus anteponunt *intolerabili arrogantia* sunt.

95.] Adolescentes ferè *animo* sunt *omisso*, et, suavia in præsentia quæ sint, prima habent, neque consulunt in longitudinem. Hoc vidēre licet, eos, qui antea *commodis moribus* fuērunt, prosperis rebus immutari. Scipio Africanus fuit *moribus facillimis*, *summa pietate* in matrem, *liberalitate* in sorores, *bonitate* in suos, *justitia* in omnes. *Quanta innocentia* debent esse imperatores? *Quanta temperantia? Quanta fide? Quanta facultate? Quanto ingenio? Quanta humanitate?*

English Examples turned into Latin.

Consul ipse, parvo animo et pravo. Sunt optimo animo, summo consilio, singulari concordia. Homines infĭma fortuna delectantur historia. Erat ipse immani acerbaque natura Oppianicus. In eadem sententia erat homo summa integritate atque innocentia Furranius. Est quodam incredibili robore animi.

RULE VIII.

343. *Multum boni* est in amicitia, *multum mali* in discordia.

96.] Non *exiguum temporis* habemus, sed *multum* perdimus. Adhibe *tantum cibi* et *potionis*, ut reficiantur vires, non ut opprimantur. *Quantum boni* sit in amicitia, ex dissensionibus et discordiis percipi potest. Unum exemplar luxuriæ aut avaritiæ *multum mali* facit.

Quantum mortalia pectora cæcæ *noctis* habent? Avaritia senīlis quid sibi vult? Potest enim quidquam esse absurdius, quam quo *minus viæ* restat, eo *plus viatici* quærĕre? Omnibus viribus repugnandum est perturbationibus, si volumus *hoc* quod datum est *vitæ* tranquillè placidèque traducĕre. Qualibus in tenebris quantisque periculis degitur *hoc ævi? Plurimum negotii* humano generi alvus exhibet, cujus causa major pars mortalium vivit. Si corvus posset pasci taciturnus, habēret *plus dapis*, et *rixæ* multo *minus invidiæ*que. Miserabile est vidēre *tantum* malè *viventium*, imo malè *pereuntium.*

English Examples turned into Latin.

Post prœlium, multum auri, et aliæ opes inventæ sunt in castris Persarum. Quantum nummi quisque servat in arca sua, tantum

97.] fidei habet; et qui habet paululum pecuniæ, habet etiam paululum fidei. Cicero minus fortitudinis habēbat quam Julius Cæsar, sed habēbat plus probitatis. Ecquid novi est in civitate de Nerone? Sub mortem decubuit super lecto, et bibit aliquantum aquæ tepidæ.

RULE IX.

349. Vive *memor mortis.* Omnes odērunt *immemores beneficii.* Plerique homines sunt *cupidi rerum* novarum. Ne sis *cupidior*

contentionis quam *veritatis.* Si nullius *culpæ* tibi *conscius* es, ne timeas. Quæ natio non gratum animum et *beneficii memorem* diligit? Venturæ *memores* jam nunc estote *senectæ*, sic nullum vobis tempus abibit iners. Animus *futuri anxius* calamitosus est. *Conscia* mens *recti* famæ mendacia ridet. *Nescia* mens hominum *fati sortis*que futuræ est. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit, et *immemores* non sinit esse *sui.*

Tempus *edax rerum.* Justum et *tenacem propositi* virum, non civium ardor prava jubentium, mente quatit solida. Virtus est
98.] *amans sui.* Omnis natura est *diligens sui;* neque quicquam est *appetentius similium* sui, quam natura. Ipsa sibi virtus pretium est, nil indiga laudis, nil *opis* externæ *cupiens.*

English Examples turned into Latin.

Hujus rei posteritas omnium seculorum nunquam immemor erit. Græci sunt contentionis cupidiores, quam veritatis. Semper appetentes gloriæ præter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis. Adeone vobis oblītus constantiæ meæ adeo immemor rerum a me gestarum videor? Non tam memores erant virtutis tuæ, quam laudis inimīci. Omnes immemorem beneficii odērunt.

RULE X.

355. *Nulla belluarum* prudentior est elephanto. Pax *optima rerum* est. *Nemo nostrum* est sine culpa. Nihil tam absurdum dici potest quod non dicatur ab *aliquo philosophorum. Nemo hominum* tam immanis est, cujus mentem non imbuerit Dei opinio. Ponite ante oculos *unumquemque* horum *regum.* Rex ignorabat
99.] *uter eorum* esset Orestes. *Minima malorum* eligenda sunt. Natura hominem *unum animantium* omnium alienis velat opibus.

Boves *animalium soli* retro ambulantes pascuntur. Chameleon *solus animalium* nec cibo nec potu semper utitur, nec alio quam aëris alimento. *Omnia* non pariter *rerum* sunt omnibus apta.

358. Excellentissimi regum Persarum erant Cyrus et Darius Hystaspis filius; *prior horum* apud Massagetas in prælio cecīdit.

359. Cede signum, si harum *Baccharum* es.

360. Thales *sapientissimus in septem* erat. Me *unum ex iis* feci qui ad aquam venissent. Tribunus plebis factus est *primus inter homines* nobiles. Id erat *de tribus secundum.* Themistocles noctu *de servis* suis, quem habēbat fidelissimum ad regem misit.

English Examples turned into Latin.

Quis unquam Græcorum rhetorum a Thucydide quiddam duxit. Elephanto belluarum nulla est prudentior. Ponite ante oculos horum regum unumquemque. Minima malorum eligenda sunt. Ne-
100.] mo mortalium omnibus horis sapit. Postremus omnium Romanorum regum fuit Tarquinius Superbus. Rationem

defectus solis apud Græcos investigavit primus omnium Thales Milesius. Harum sententiarum, quæ vera est? Nihil tam absurdum quod non dicatur ab aliquo philosophorum.

Rule XI.

361. 1. *Genitive.*—Fabulæ poetarum *plenæ* sunt *futilitatis.* *Fraudis* et *perfidiæ* et *insidiarum* plena sunt omnia. Omnes *virtutis compotes* sunt beati. Homo qui est *particeps rationis* et *orationis*, præstantior est feris, quæ sunt *expertes rationis* et *orationis.* Sed animus hominis frustra est *compos rationis*, nisi evadat quoque *compos virtutis.* Carmine fit vivax virtus, *expers*que *sepulcri.* Non *inopes temporis* sed *prodigi* sumus. *Dei plena* sunt omnia. Solitudo, et vita sine amicis, *insidiarum* et *metûs plena* est.

2. *Ablative.*—Vita humana nunquam *molestiis* est *vacua.* Noctes multas *timoribus plenas* habent divites. Quum quis *vino gravis* est, est *impos sui.*

English Examples turned into Latin.

101.] Quod verbum in istis literis est non plenum humanitatis, officii, benevolentiæ. Profecto beati erimus, quum, corporibus relictis, et cupiditatum et æmulationum erimus expertes. Perturbationibus vacuus animus perfectè atque absolutè beatos efficit. Vultus erat plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ. Animus per somnum est sensibus et curis vacuus.

Rule XII.

364. Non *est sapientis* dicĕre, cras bene vivam. Deliratio *est senum*, sed non omnium *senum.* Temeritas *est* florentis *ætatis*, prudentia *senectutis.* Laudare se *vani*, vituperare *stulti est.* Magni *animi est* injurias despicĕre. Generosi et magnifici *animi est* juvare et prodesse.

Arrogantis est, negligĕre quid de se quisque sentiat. *Ingenii* **102.**] magni *est*, præcipĕre cogitatione futura, nec committĕre, ut aliquando dicendum sit, non putâram. Injustitiæ duo genera sunt; unum (*est*) *eorum*, qui inferunt, alterum *eorum*, qui ab his, quibus infertur, non propulsant injuriam. Cujusvis *hominis est* errare; *nullius* nisi *insipientis* in errore perseverare.

367. Si memoria forte deficiet, *tuum est* ut suggeras. *Nostrum est* intelligĕre. *Est tuum*, Cato, vidĕre.

English Examples turned into Latin.

Est fortis, non perturbari in rebus asperis. Est sapientis statuĕre qui sit sapiens. Non est gravitatis et sapientiæ tuæ ferre immoderatius casum. Pythagorei ferunt Orphicum carmen fuisse cujusdam Cecropis.

Rule XIII.

369. *Miserēre* inŏpum *sociorum.* Arcadii, quæso, *miserescite regis.* Clinia *satăgit rerum* suarum. Qui debent *miserēri mei* non desĭnunt invidēre. Aliquando *miserēre sociorum.*

103.] 371. Ut *falsus est animi. Fastidit mei.* Nec satis exaudivi, nec *sermonis fallor* tamen.

372. *Abstinēto iræ* calidæque *rixæ. Desine* mollium tandem *querelarum.* Tempus *desistĕre pugnæ.*

Rule XIV.

373–1. *Genitive.*—Iste cum dolore *flagitiorum* suorum *recordabitur.* Vir bonus facilè *obliviscitur injuriarum.* Dulce est *meminisse laborum* actorum. Ipse jubet *mortis* te *meminisse* Deus. Homo qui in homine calamitoso est misericors *meminit sui.* Quod quisque vehementer amat, *ejus* non potest *oblivisci.* Adolescentes, quum dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, et *meminerint verecundiæ.*

2. *Accusative.*—Omnes *gradus* ætatis *recordor* tuæ. Tu es memoriæ felicissimæ, qui *oblivisci nihil* soles, nisi *injurias.* Boni
104.] *beneficia meminērunt. Officia meminisse* debet is, in quem collata sunt, non commemorare is, qui contulit. *Reminiscĕre ea*, quæ digna tua persona sunt.

376. Volo scire ecquid *de te recordēris. De palla memineris.* Ne unquam *memineris Dei* (*de Deo*) nisi cautè, timide, et reverenter.

English Examples turned into Latin.

Rules XIII. & XIV.—Nemo jam, Dolabella, neque tui neque tuorum liberorum, quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti, miserēri potest. Est proprium stultitiæ aliorum vitia cernĕre, oblivisci suorum. An oblītus es etiam accusationis tuæ? Ipse certe agnoscet et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. Senex omnia ejus non facta solum, sed etiam dicta meminerat. Dulce est meminisse laborum actorum. Helvetiorum dux Cæsărem hortatus est ut reminisceretur et veteris incommŏdi populi Romani, et pristinæ virtutis Helvetiorum.

CONSTRUCTION OF THE DATIVE.

Rule XV.

378. Causa *Abdolonymo paupertatis* erat probitas. Tu *mihi* aut *tibi* ego *servus* sum? Se flentes ad *pedes Cæsări* projecērunt.
105.] Signo pugna dato ferocissimo *militi* paululum *genua* tremuērunt, et maximo *imperatori cor* exsiluit. Idem amor *exitium pecori* est, pecorisque *magistro.* Nescio quis teneros oculus *mihi* fascinat *agnos.*

Rule XVI.

382. Nihil est tam *simile morti* quam somnus. An est quidquam *similius insaniæ* quam ira. In sepulcro *par divitibus* pauper egenus erit. Difficile est magno *dolori paria* verba reperire. Iracundia est *inimīca consilio.* Voluptas est *inimica rationi* et *virtuti.* Nihil est tam *inimīcum menti*, quam voluptas. Hominum *naturæ* maximè est *inimīca* crudelitas. Nihil est *naturæ* hominis *accommodatius* beneficentiâ et liberalitate. Fortuna nunc *mihi*, nunc
106.] *alii* benigna est. *Proximus* sum egomet *mihi.* Ne sint aures *criminantibus faciles.* Decōrum id est, quod est *consentaneum excellentiæ* hominis. Bona fortunæ *communia* sunt *probis* et *improbis.* Quædam sunt *homini* cum bestiis *communia.* Omni *ætati* mors *communis* est.

Dociles imitandis turpibus ac *pravis* omnes sumus. Archytas quum *villico* factus esset *iratior*, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? Sumpsissem a te supplicium, inquit Archytas villico, nisi *tibi iratus* essem. Mens *sibi conscia* recti. *Homini utilissimus* est cibus simplex; coacervatio saporum pestifera, et condimenta perniciosiora. Arbitrare te *natum laudi* et *gloriæ*, non *abdomini*, non *somno* et *delectationi.* Hac conditione nati sumus, animalia *obnoxia* non paucioribus animi, quam corporis *morbis.* Si nequivĕris esse optimus, saltem da operam ut *optimo* sis *proximus.* Hoc quidem *commune* est omnibus *philosophis.*

Exceptions.

107.] 385. Vir bonus *sui similem* quærit. Mali bonos malos esse volunt, ut sint *sui similes.* Est quiddam *simile mentis* in bellua. *Somni simillima* mors est. Optandum est, ut ii, qui præsunt reipublicæ, *legum similes* sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Temperantia est *inimīca libidinum;* libidines autem sunt *inimīcæ mentis* et *animi.* Homines simplices et aperti, qui nihil ex occulto, aut ex insidiis agendum esse putant, veritatis cultores, *fraudis inimīci*, diliguntur. Vitium *commune omnium* est quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus. *Communis animantium* omnium est cura quædam eorum (animantium), quæ procreata sunt. Cato major *Scipionis Africani* fere *æqualis* erat. *Hominis propria* est veri inquisitio. *Proprium* est *nocentium* trepidare.

386. Plerīque omnes homines *ad voluptates propensi* sunt.
108.] Ingenium omnium fere puerorum est *proclive ad otium* et *luxum.* Sit *piger ad pœnas* princeps, *ad præmia velox;* et doleat quoties cogitur esse ferox. Alii *ad* alios *morbos procliviores* sunt. Natura *propensi* sumus *ad liberalitatem.*

387. Omnes *ad amicitiam* idonei non sunt. Boum cervīces *natæ* sunt *ad jugum.* Genus hominum *ad justitiam* et *honestatem natum* est. Homo *ad* nullam *rem utilis.* Hoc vitium senectus

affert hominibus; *attentiores* sumus *ad rem* quam sat est. Conturbatus animus non est *aptus* ad *exsequendum munus* suum. Nos *ad prava imitanda* nimis *dociles* sumus.

388. Jugurtha *propiores montis* pedites collocat. Ubii *proximi Rheno* incolunt.

389. Id erat *consentaneum cum iis literis* quas ego Romæ recēpi. Sæpe, quod *a te alienissimum* est, subimpudens videbaris.

109.] 390. Homerus *eadem aliis* sopitus est quiete.

English Examples turned into Latin.

Jucundus Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit. Antonius scelere par est Catilinæ. Nihil est tam cognatum mentibus nostris quam numeri atque voces. Bona valetudo jucundior est eis qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt. Homines hominibus maxime utiles esse possunt. Iidem labores non sunt æque graves imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviorem faciat imperatorium. Cur semper tui dissimiles defendis? Nec vero intelligo cur maluerit Epicurus deos hominum similes dicĕre quam homines deorum.

Rule XVII.

391. Laus *debetur virtuti*. Maxima *debetur puero* reverentia. *Parentibus* nostris *debemus* pietatem. Cavendum est ne *patefaciamus* aures *assentatoribus*. Quod bene facis, *facis tibi*, non *alii*. *Impiis* apud inferos pœnæ *præparatæ* sunt. *Parentibus* et *patriæ* natura nos *conciliat*. Sapiens ipse *fingit* fortunam *sibi*.
110.] Nonne *cupidinibus statuit* natura modum? Etiam *sceleratis* sol *lucet*. *Cuivis* potest *accidĕre*, quod *cuiquam* (*accidĕre*) potest. Quod satis est, *cui contigit*, hic nihil amplius optet. Multa præter spem *multis evenērunt* bona. Optimo cuique *animo*, quum e corpore excesserit, reditus ad cœlum *patet*. Non *nobis* solum *nati sumus*. Avārus *aliis* non *sibi* divitias *parat*. Sic vos non *vobis fertis* aratra boves. Et vos non *vobis* vellera *fertis* oves. Et vos non *vobis nidificatis* aves. Et vos non *vobis mellificatis* apes.

English Examples turned into Latin.

Est sapientis placēre deo, proficĕre hominibus, cavēre sibi, prospicĕre saluti suæ, metuĕre amicis, et consulĕre utilitati; officĕre nulli, displicēre nemini, neque nocēre miseris, neque insidiari innocuis. Bonus favet bonis, et gratulatur iis de aliqua re felici; semper paratus est parcĕre victis et ignoscĕre præterito; neque indulget iræ, neque adulatur cuiquam; invidet nemini, sed æmulatur dignos. Philosophiæ servire oportet, ut tibi contingat vera libertas. Cur succumbis cedisque fortunæ? Voluptati, simul et virtuti, nemo servire potest.

Special Rules.

111.] 393. Rule I.—Dictum *sapientibus* sat *est*. Bene *esse* potest *nemini* improbo. Quod *naturæ* satis *est*, *homini* non *est*. Fortuna magna magna *domino est* servitus. Avārus *hærēdi* dives, pauper at ipse *sibi est*. *Adolescentiæ inest* maxima imbecillitas judicii. Natura *inest mentibus* nostris insatiabilis quædam cupiditas veri visendi. Fastus *inest pulchris*. *Hominibus prodesse* natura jubet. Debēmus *prodesse* alii *aliis*. Sunt (quidam) qui neque *sibi* nec *aliis prosunt*. Homines plurimum *prodesse* aut *obesse* possunt *hominibus*. Majus est *prodesse multis*, quam magnas opes habēre. *Naturæ* satis *est* parum; *cupiditati* nihil satis *est*.

112.] Ut magistratus *præsunt populo*, ita leges *præsunt magistratibus*. Pollio omnibus *negotiis* non *interfuit* solum, sed *præfuit*. Agamus gnaviter id, quod æque *pauperibus prodest*, *locupletibus* æque. Virtutis honestæ *pauperibus prodest* studium et *locupletibus* æque.

394. Rule II.—Manus longæ *sunt regibus*. An nescis longas *regibus esse* manus? Dum *ægroto* anima *est*, spes est. Sensus agiliores *sunt* multis *animalibus* quam *homini*. *Est homini* similitudo quædam cum Deo. *Animo* cum hac carne gravi *est*, ne abstrahatur aut sidat; nititur illò unde demissus est. Quanto minus rerum, tanto minus cupiditatis *erat Romanis*. Divitiæ avaritiam invexērunt.

113.] 396. Etiamsi *mihi*, ut tu putas, ad hoc opus ingenium non *deest*, doctrina certe et otium *desunt*. Hoc *mihi deest*. Non quidquam minus *Dario* quam multitudo militum *deerat*. *Desunt inopiæ* multa, *avaritiæ* omnia. Tam *deest avāro* quod habet, quam quod non habet.

397. Rule III.—*Sibi benefacit* ipse, qui *egēno benefacit*. Si *benefacis bonis*, id beneficium haud perit. *Malo* si quid *benefacias*, id beneficium interit. Quod *benefit bonis* haud perit. *Satisfacĕre* dicimur *ei* cujus desiderium implemus.

English Examples turned into Latin.

Special Rules I., II., III.—Illi patriæ salus dulcior quam conspectus fuit. Nunc mihi nihil libri prosunt. Homines plurimum hominibus et prosunt et obsunt. Jam mihi nihil est cum illo. Coram tecum mihi potestas deliberandi non erat. Si cui hæc suppetunt, adjuvant aliquantum ad cætera. Et naturæ et legibus satisfecit. Si quis mihi maledicit, petulans aut planè insanus esse videtur. Cui Gellius benedixit unquam bono?

114.] 399. Rule IV.—*Ad.*—*Adhæresce justitiæ* et *honestati*. Boni bonos *sibi* socios *adsciscunt*. Cave ne temere *assentiaris incognitis*. Fama gaudet falsa *addĕre veris*. Ne *afferas* manus alienis *bonis*. Ne *addicas* animum *voluptati*.

Ante.—*Antepone* virtutem *divitiis*, et ea quæ sunt honesta *iis*

quæ videntur utilia. Ubi istum invenias qui commodum amīci *anteponat suo.* Virtus *anteit* omnibus *rebus.* Minima animi præstantia omnibus corporis *bonis anteit.* Multi privatum otium *negotiis* publicis *antetulērunt.*

Indoctum et agreste genus hominum *antefert* semper utilitatem *honestati;* sed urbanum et polītum genus *rebus* omnibus dignitatem *anteponit.* Semper in promptu habe, quantum natura hominis *bestiis antecedat.* Unus dies bene, et ex præceptis virtutis et religionis actus, peccanti *immortalitati anteponendus* est.

115.] *Con.*—Themistocles *sibi* mortem *conscivit.* Male *irato* ferrum *committitur.* Socrates non ausus est se *iræ committĕre:* cædĕrem te, servo ait, nisi essem iratus.

In.—Multa *nobis impendent* pericula perpetuò. Mors *hominibus,* quasi saxum *Tantalo,* semper *impendet.* Probus *invidet nemini.* Nihil est ei beatum, *cui* semper aliquis terror *impendeat. Voluptati indulgēre* initium est malorum omnium. Sic interdictis *imminet* æger *aquis.*

Miserum est alienæ *incumbĕre famæ. Corpori* tantum *indulge,* quantum bonæ valetudini satis est. Melius de nobis merentur acerbi inimīci, quam ii amīci qui *peccatis indulgent,* et obsequio nos in fraudem impellunt. Neglectis urenda filix *innascitur agris.* Oportet eum qui velit esse bonus, bellum *indicĕre cupiditatibus* et *voluptati.*

116.] *Inter.*—*Interest nobis* Deus. Deus *interest animis* nostris, et *cogitationibus* mediis *intervĕnit.* Deus speculator omnium *tenebris interest: Interest* et *animis* nostris, quasi alteris *tenebris.*

Ob.—Adolescentia *pueritiæ, adolescentiæ* senectus *obrepit.* Multa pœnitenda *occurrunt viventi* diu. Non est magnanimi viri, *offerre* se *periculis* sine causa, quo nihil potest esse stultius.

Post.—Pueri ferè omnia *lusui postponunt.* Miraris, quum tu *postponas* omnia *nummis,* quod te nullus amet?

Præ.—Amicitia *præstat propinquitati.* Existimatio bona *præstat divitiis.* Animus *corpori* multum *præstat.* Homo longe *præstat*

117.] cæteris *animantibus,* et vir *viro,* intelligens *stulto. Præfer* virtutem *divitiis,* amicitiam *pecuniæ,* et utilia *jucundis.* Ne *præferas* te *aliis,* propter abundantiam fortunæ. Mars *præsidet armis.*

Sub.—Nihil semper floret; ætas *succedit ætati.* Unus Pellæo *juveni* non *suffĭcit* orbis. Regia, crede mihi, res est *succurrĕre lapsis.*

Super.—Luctus sæpe *lætitiæ supervĕnit.*

402. Natura hominis omnes *animantes anteit.* Admiratione quadam afficiunt, qui *anteire cæteros* virtute putantur. Multi *nos antecessērunt* ad mortem, omnes reliqui sequentur. Deo irascimur, quod aliquis *nos antecedat,* oblīti quantum hominum retro sit. Considera quanto *plures antecedas* quam sequaris.

English Examples turned into Latin.

118.] Rule IV.—Omnes participes sumus rationis præstantiæque ejus qua antecellimus bestiis. Ejus etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi afferunt. Hæc sunt iis quorum ordini conveniunt honesta. Quis potest impia religiosis anteferre. Hasta Cæsăris multis improbis et spem affert et audaciam. Cæsări diadema imponĕre voluit Antonius. Multa et varia impendent hominibus genera mortis. Hoc quod talibus viris non subvēnit laudare non possum. Poëtæ impendēre apud inferos saxum Tantalo faciunt. Quis primus omnibus rebus imposuit nomina? Oculorum et aurium delectationi abdominis voluptates antefert.

403. Rule V.—1. *Bonis nocet*, quisquis *pepercerit malis.* Assentatio *nocēre* potest *nemini*, nisi ei qui ea delectatur. Multa bona nostra *nobis nocent*, si tuam ob causam *cuiquam commodes*, beneficium illud habendum non est, sed fœneratio. Aliena *nobis*, nostra plus *aliis placent.* Magno periculo custoditur, quod *multis placet. Malis displicēre* laus est. *Placeat homini*, quicquid *Deo placuit.*

119.] *Paci consulĕre* debemus. Dei providentia *consulitur rebus* humanis. *Consulĕre hominibus*, et *servire societati* humanæ, debemus. Natura hoc præscribit, ut homo *homini consultum* velit. Non tam bene cum rebus humanis agitur, aut meliora *pluribus placeant;* turba est argumentum pessimi.

2. *Ignosce* sæpe *alteri*, nunquam *tibi. Ignosce aliis* multa, nihil *tibi.* Omnes *libertati* natura *student.* Quisque suo *studet commodo.* Cito *nobis placemus;* optimos nos esse aut sapientissimos *affirmantibus* facile *assentīmur;* adeo *indulgemus nobis*, ut laudari velimus. Qui sibi hoc sumpsit, ut mores corrigat aliorum; ac peccata reprehendat, quis *huic ignoscat*, si qua in re ipse ab officio declinaverit? *Illis* facile *ignoscitur*, qui non persevērant, sed ab

120.] errato se revocare moliuntur. Ploravēre suis non *respondēre* favorem multi homines summi *meritis.*

3. *Moderari animo* et *orationi* quum sis iratus, magnæ sapientiæ est. Non est beatus, esse se (beatum) qui non putat, licet *impĕret mundo.* Sapientes *impĕrant cupiditatibus* suis, *quibus* cæteri *serviunt.* Temperantia *voluptatibus imperat. Linguæ tempora.* Quomodo *aliis imperabit*, qui non potest *imperare cupiditatibus* suis. *Deo parēre* libertas est. Omnis res *divitiis paret.* Appetitus *obtempĕret rationi.* Fides in præsentia eos *quibus resistit*, offendit; deinde ab illis ipsis laudatur. *Odio* multorum nullæ opes possunt *obsistĕre. Parēre* debet animus *rationi*, et quò illa ducat sequi. *Cedant* arma *togæ.* Simulatio *repugnat amicitiæ.* Ne *servias iracundiæ*, *cui* debes *resistĕre.* Liber is existimandus est, qui

121.] nulli *turpitudini servit.* Non est liber habendus, qui *cupiditatibus obedit.* Non facile *obsistimus blanditiis* voluptatis. Noli *obsequi amīco* postulanti a te aliquid quod non sit rectum.

Totum in eo est, ut *tibi impĕres.* Quum præcipitur, ut *nobismet*

ipsis imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem, *imperet*que inferiori *parti* animi. Qui non *moderabitur iræ*, infectum volet esse, dolor quod suaserit. Qui non *obsistit injuriæ*, si potest, tam est in vitio quam si injuriam inferat. *Principibus obsta;* sero medicīna paratur, quum mala per longas invaluēre moras. Exercendum est corpus, et ita afficiendum, ut *obedire rationi* possit.

4. *Multis minatur*, qui uni facit injuriam. Magna pars hominum est, quæ non *peccatis* sed *peccantibus irascitur*. Dementis est
122.] *his irasci*, quæ animâ carent, aut mutis *animalibus*. Quam stultum est *his irasci*, quæ iram nostram nec meruērunt, nec sentiunt? De nihilo est *illi irasci*, qui te non flocci facit.

Ira nihilo melior, sæpe pejor est, his delectis *quibus irascitur*. Non debueris graviter *irasci* tantulo *peccato*. Memoriæ proditur Pisistratum, quum multa in crudelitatem ejus, ebrius quidam conviva dixisset, dixisse, non magis se *illi succensēre*, quam si quis obligatis oculis in se incurrisset. Inīqua nostrum æstimatio iracundos nos facit, et quæ facĕre vellemus, pati nolumus. Quin eo loco nos constituamus, quo ille est *cui irascimur*.

5. Cave, ne nimium *tibi confidas*. Nemo *confidat* nimium secundis *rebus*. Ne *cui* de te plus quam *tibi credas*. Mendaci *homini* ne verum quidem dicenti *credĕre* solemus. Homines amplius *oculis* quam *auribus credunt*. Nulli *fortunæ* minus bene *creditur*, quam
123.] optimæ. Tutela ad eorum utilitatem qui commissi sunt (alicui), non ad eorum, *quibus commissa est*, gerenda est. Non bene *famæ creditur;* est mendax ea sæpe, et plurima fingit. Non debemus cito *credĕre his*, quæ narrantur de cujusquam obtrectationibus.

406. Tanta *in te impendet* ruina. Licet undique omnes *in me* terrores *impendeant*. Suos dies mensesque *congruĕre* volunt *cum* solis lunæque *ratione*.

408. Pars Galliæ *vergit ad Septentrionem*. Cupīdo imperii duos cognatos vicinosque populos *ad arma stimulat*. *Attinet ad* parentes et præceptores *hortari* pueros *ad* patientiam, pacem, et concordiam, etiamque *lacessantur ad* pugnas. *Applica* te *ad* studium doctrinæ et virtutis, quod spectat ad laudem et felicitatem tuam. Magnes ferrum *ad* se *allĭcit*. Serius aut citius sedem *properamus ad* unam. Omnes *trahimur ad* cognitionis cupiditatem. Honestissimum est divitias *ad* beneficentiam et liberalitatem *conferre*. *Ad*
124.] societatem et communitatem generis humani *nati sumus*, itaque semper aliquid *ad* communem utilitatem debemus *afferre*. Duæ res sunt quæ homines maxime *impellunt ad* maleficium, luxuries et avaritia. *Ad* hominum utilitatem, prudentiam, et intelligentiam tuam *conferre* debes.

English Examples turned into Latin.

Cupio ei societati quibuscunque rebus possim accommodare. Non licet sui commodi causa nocēre alteri. Favēbam et reipublicæ

cui semper favi et dignitati et gloriæ tuæ. Vincam animum mihique imperabo. Cupiditatibus iis, quibus cæteri serviunt, impĕrat. Audacium consiliis auctoritate resistit. Animi pars illa mollior rationi sic paruit ut severo imperatori miles pudens. Obtemperat ipse sibi et decretis suis paret. Idem supplicium minatur optimis civibus. Marcellinus tibi iratus est. Omnino irasci amīcis non temere soleo. Multa quidem tu dicis sed nemo tibi credit. Totum me tuo amori fideique commendo.

Rule XVIII.

409. *Licet tibi* esse bono et beato. Non *licet tibi* commodi tui causa nocēre alteri. *Viro* bono non *licet* non reddĕre beneficium, si modo id facĕre possit. *Licet homini* sine luxuria agĕre festum
125.] diem. *Cui* cum paupertate bene *convenit*, dives est. Honestum solum bonum est, ut *Stoicis placet.*

410. Per virtutem *itur* ad astra. Non tuto et sine metu *vivitur* sine amicitia. Non jucunde *vivitur*, nisi sapienter, honeste, justeque *vivatur*. Suscipiendum est bellum, ut in pace sine injuria *vivatur*. *Invidetur* commodis aliorum. *Peccatur* ubique. Iliacos intra muros *peccatur* et extra. Nemo prudens punit, quia *peccatum est*, sed ne *peccetur*. *Peccatur* in justitiam duobus modis, et inferenda injuria, et prætermittenda defensione. Fundamenta sunt justitiæ, primum necui *noceatur*, deinde ut communi utilitati *servia-*
126.] *tur*. Sermo vitium inesse moribus indicat, quum studiose de absentibus detrahendi causa *dicitur*. Hominum vitiis ad prælia *ventum est.*

411. Per virtutem *potest iri* ad astra. Non *potest vivi* tuto sine amicitiâ. Non *potest* jucunde *vivi*, nisi sapienter, honestè, justeque *vivatur*. *Solet peccari* ubique. *Solet interesse* reipublicæ. *Incipit pudēre* me peccati mei. *Debet pœnitēre* me peccati mei. *Desinat pœnitēre* te sortis tuæ. Nihil facias cujus te *pœnitēre possit.* Ineptiarum suarum eos *pœnitēre debet.* Aliorum laudi et gloriæ *invidē-*
127.] *ri solet. Debet miserēre* te egenorum. Sæpe *solet* male *evenire* bonis, et optime improbis. Non *potest* bene *credi* famæ. Summa est stultitia mœrore confici, quum intelligas nihil *posse proficī.* Sine liberalibus studiis ad sapientiam *veniri* non *potest.* Nihil non longa demolitur ætas; At sapientiæ *nocēri* non *potest.* Cum ira aut pertinacia recte *disputari* non *potest.* Mihi nunquam *persuadēri potuit*, animos, quum ex his corporibus mortalibus exissent, emŏri. Non universo solum generi hominum, sed etiam singulis, a Deo *consuli* et *providēri solet.*

412. Candida *pax* homines, trux *decet ira* feras. *Si quid dedecet* in aliis, vitemus ipsi. Magis in aliis cernimus, quam in nobismet
128.] ipsis, *si quid delinquitur.* Pridie caveas, ne facias *quod* te *pigeat* postridie. *Quod licet*, ingratum est. *Dimidium* ætatis nostræ *edormītur.* In longissima vita minimum est *quod vivitur.* *Quicquid* multis *peccatur*, inultum est. In patris vita violanda *multa peccantur.*

EXCEPTIONS.

415. Exc. I.—*Civium refert* legibus obtemperare. *Interest omnium* dare operam virtuti. Vehementer *interest reipublicæ*, ut omnes consulant paci et concordiæ. Multum *interest utilitatis*
129.] communis, juventutem probè institui. Plurimum *refert compositionis* quæ quibus anteponas. Quum rex Lysimachus Theodoro crucem minaretur, *Theodori*, inquit, nihil *interest* humine, an sublime putrescat.

416. *Tua refert* non temere credĕre. Bene quod facis, tibi facis; *tua* id *refert* maxime. Quis est qui pudorem in adolescentia, etiamsi *sua* nihil *intersit*, non diligat. *Tua* quod nihil *interest*, percontari desine.

419. Exc. II.—*Pudet me peccati* mei. *Quem pœnitet peccati*, pæne est innocens. *Quem* non *pudet* peccati, hunc pœna dignum
130.] judico. Geminat peccatum, *quem delicti* non *pudet*. *Me stultitiæ* meæ *piget* et *pudet*. Num *facti* (*eum*) *pudet?* Sunt homines, *quos libidinis infamiæque* suæ neque *tædeat*, neque *pudeat*. *Misereat te egenorum*. *Eos*, qui secus quam decuit, vixĕrunt, *peccatorum* suorum morte appropinquante, maxime *pœnitet*. *Me* meæ *fortunæ* non nimis *pœnitet*. Suæ *quemque* sortis *pœnitet*. Si *te peccati* tui *pœnitet*, cavēbis ne quid tale posthac committas.

Note.—Quem pœnitet peccavisse, pæne est innocens. Non *pudet te* reliquias vitæ virtuti et bonæ menti *destinare*. Non *me pudet fatēri* (me) nescire (id) quod nesciam. Non metus, officio ne *te certasse* priorem *pœniteat*.

131.] 423. Exc. III.—*Decet adolescentem esse* verecundum. Sunt *quos delectet* segnem *traducĕre* vitam. Et sunt *quos* studiis *invigilare juvet*. Ex malis minima *oportet* (*nos*) *eligĕre*. *Impetrare oportet eum*, qui æquum postulat.

Integritatem atque *innocentiam esse oportet* in eo, qui alterum accusat. Qui alterum incusat probri, *eum* ipsum se *intueri oportet*. *Homines existimare oportet*, Deum omnia cernĕre, omnia Dei plena esse. Thales dixit *homines existimare oportēre*, Deum omnia cernĕre, &c. *Omnes*, quum secundæ res sunt maxime, tum maxime secum *meditari oportet*, quo pacto adversas ærumnas ferant. *Esse oportet* (*te*) ut vivas; non *vivĕre* ut edas.

Animus tuus *oportet* se *judicet* divitem, non hominum sermo,
132.] non possessiones tuæ. Me ipsum (ut *tu*) *ames oportet*, non mea, si veri amici futuri sumus. Sibi *quisque consulat oportet*. Nec spem pone rerum tuarum in præmiis humanis; suis te illecebris *oportet* ipsa *virtus trahat* ad verum decus.

Note 3.—Inimīco *testi credi* non *oportet*. Ubi semel quis perjeraverit, *ei credi* postea non *oportet*.

English Examples turned into Latin.

Oratorem irasci minime decet. Honestum solum bonum est,
133.] (ut Stoicis placet). Peccare licet nemini. Si talium civium vos tædet, ostendite. Prorsus vitæ tædet, ita sunt

omnia omnium miseriarum plenissima. Neque nos neque alios industriæ nostræ pœnitebit. Me pudet non tui quidem cujus sum semper memoriam admiratus, sed Chrysippi. Me quidem miseret parietum ipsorum atque tectorum. Magni interest Ciceronis me intervenire discenti. Multum interest rei familiaris tui, te quam primum venire. Te hilari animo esse valde me juvat. Ad mortem te, Catilina, duci jussu consulis, jampridem oportēbat. Te abundare oportet præceptis philosophiæ.

Rule XIX.

Literæ *subsidio oblivioni sunt.* Magno *malo hominibus est* avaritia. *Curæ est* sua *cuique* voluptas. *Omnibus est odio* crudelitas, et *amori* pietas et clementia.

Nihil est, quod *tibi* majori *fructui*, et majori *gloriæ esse*, quam bene merēri de quam plurimis. Pergite, ut facitis, adolescentes, atque incumbite in studium doctrīnæ; ut *vobis honori*, et *amīcis*
134.] *utilitati*, et *reipublicæ emolumento esse* possitis. Qui nocent alii ut prosint alii, *his* non modo non *laudi*, verum etiam *vitio dandum* est.

Quod in rebus divinis sumas, *lucro est* (*tibi*). Omnes *odio habent* injuriam (*sibi*).

English Examples turned into Latin.

Utinam ea res ei voluptati sit. Habeat me ipsum sibi documento. Pete igitur eum magistratum in quo mihi magnæ utilitati esse possis. Fuit et mihi et Quinto fratri magno usui. Ampla domus dedecori domino sæpe fit. In scenam prodire, et populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini.

CONSTRUCTION OF THE ACCUSATIVE.

Rule XX.

436 & 437. Rule I.—*Cave intemperantiam.* Res *amīcos invĕnit.*
135.] Obsequium *amīcos*, veritas *odium parit.* Vita bene acta jucundam *efficit senectutem.* Beneficia pariunt *amīcos*, et gratia *gratiam parit.* Usus *facit artifices.* Ira *odium generat. Vincit* amor omnes *difficultates. Consumit ferrum lapidem*que vetustas. Crescentem *sequitur* cura *pecuniam.* Nox *manet* una *omnes.* Divitiæne *hominem* prudentem *reddĕre* possunt? Divitiæ *mutant animos*, *superbiam* et *arrogantiam pariunt*, *invidiam contrahunt. Emolumenta* rerum turpium fallacibus judiciis *vident* homines, *pœnam* non *vident.* Virtus et vitæ *tranquillitatem largītur*, et *terrorem* mortis *tollit.*

Ne prius in dulcem *declines lumina* somnum, omnia quam longi *reputaveris acta* diei. Ab alienis *mentem*, *oculos*, *manus*, *abstine.* Jejunus raro stomachus *vulgaria temnit.* Cavendum est, ne *fallant nos* ea vitia, quæ *virtutem* videntur *imitari.* Non *prudentiam*

malitia, *magnitudinem* animi superbia, *liberalitatem* effusio, *fortitudinem* audacia, et *religionem* superstitio *imitatur*. *Relinquam somnia* tua; veniam ad scelera.

136.] 438. Rule II.—Qui beatam *vitam vivĕre* volet, is virtute præditus sit oportet. Exigua pars est vitæ *quam* nos *vivimus*. Punctum est, *quod vivimus*, et puncto minus. Miserrimam *servit servitutem*, qui servit cupiditatibus suis.

English Examples turned into Latin.

Virtutes non voluntarias vincunt virtutes voluntariæ. Nemo voluntatem ipsam quia voluptas sit fugit. Omnes diligentiam admirati sunt, ingenium agnovērunt. Cum, nosce te, dicit, hoc dicit, nosce animum tuum. Nebulonem illum ex istis locis amove. Animadverte horum omnium mœstitiam et dolorem. Non solum bona, sed etiam honestatem deperdidērunt. Majores vestri primum universam Italiam devicērunt. Dies non modo non levat luctum hunc sed etiam auget. Nemo est tam senex qui se annum non putet posse vivĕre. Tutiorem vitam meo præsidio vivent. Cur non eundem cursum hoc tempore quem antea cucurrērunt?

440. Antonius *fugam* suam, quia vivus exierat, *victoriam* vocabat. Iulum gens Julia *auctorem* nominis sui *nuncŭpat*. Ancum **137.**] *Marcium regem* populus *creavit*. Voluptatum perceptarum recordatio *vitam beatam facit*. Sapientia certissimam *se* nobis *ducem præbet* ad voluptatem. *Ancus Marcius rex* a populo *creatus est*. *Fulmen* sinistrum *auspicium* optimum *habetur* ad omnes res præterquam ad comitia. *Homērus*, *Virgilius*, et *Horatius* optimi *poëtæ* merito *existimantur*.

441. Elysius quidam graviter filii *mortem mærēbat*. Hunc sine me *furĕre* ante *furorem*. Quis piscis *sapiat* ipsum *mare*. *Vina* fere dulces *oluērunt* mane Camenæ.

442. Historia non debet *egrĕdi* (supra) *veritatem*. Nos hinc alii sitientes *ibimus Afros*, pars *Scythiam*, et rapidum Cretæ *Oaxen* veniemus, et penitus toto divisos orbe *Britannos* (scil. *ad*).

443–1. Stella Venus Lucifer dicitur quum *antegreditur solem*. Veneti *sinum circumcolunt* maris. Appollonius *irrīsit philosophiam*. Samnites descendunt in planitiem qui *Capuam Tifata*que *interjacet*. Euphrates *Babyloniam* mediam *permeat*.

138.] 2. Cæsar *exercitum Ligerem transducit* atque in Biturĭgum fines pervĕnit. Nonaginta *millia* peditum, duodĕcim *millia* equitum Hannibal *Iberum traduxit*. Equitum magnam *partem flumen* Cæsar *trajecit*.

445. Rule.—Tarquinius Delphos *mittĕre statuit*. Signa *inferre* et manipulos *laxare* Cæsar *jussit*. *Exire* ex urbe priusquam lucescat *volo*. Dicæarchus *vult efficĕre animos esse mortales*. *Magnum esse solem* philosophus *probabit*. *Quid de iis cogites scire* volo. *Judicem* me *esse*, non *doctorem volo*. *Volo ut mihi respondeas*.

CONSTRUCTION OF THE VOCATIVE.

Rule XXI.

449. Tum tu, *Jupiter*, hunc et hujus socios a tuis aris arcēbis.
139.] Vincĕre scis, *Hannibal*. Quid est, *Catilina*, quod te jam in hac urbe delectare possit? Quamobrem, *Quirītes*, celebrate illos dies cum conjugibus ac liberis vestris. O *boni dii*, quid est in hominis vita diu? Aliquis latet error; equo ne credite, *Teucri*. Quæ res unquam, pro sancte *Jupiter*, non modo in hac urbe, sed in omni terra gesta est major.

451. O fortunatam *rempublicam*, si quidem hanc sentīnam hujus urbis ejecerit.

CONSTRUCTION OF THE ABLATIVE.

Rule XXII.

456. Det ille veniam facilè, cui *venia* est *opus*. *Iracundia* non *opus* est ad puniendum. Ad correctionem errantium sceleratorumque irato *castigatore* non est *opus*.

459. Prius *consulto;* et ubi consulueris, maturè *facto* est *opus*.
140.] Quid *opus* est *pluribus*. Qui semper appĕtit amplius, confitētur sibi *quæsīto opus* esse. Cui autem *quæsīto opus* est, quis hunc unquam vere dixerit divitem?

Rule XXIII.

462. Sunt homines nomine tantùm, non re, qui *homine indigna* faciunt. Gere animum *laude dignum*. Nemo est *dignus amicitia*, qui non sit *præditus virtute*. Nihil magno et præclaro *viro dignius* est, clementia et placabilitate. Quis generosum dixerit hunc, qui *indignus genere* est? Qui fit, ut nemo *sorte* sua *contentus* vivat? Natura *parvo contenta* est. Possum *contentus* vivĕre *parvo*. Sapientia semper *eo contenta* est quod adest. Sit et *oculis* et *auri-*
141.] *bus captus*. Illustribus *majoribus natus* est. Hujus *consilio fretus* sum.

Qui si ipsum noverit sentiet aliquid se habēre divinum, tantoque *munere* Dei semper *dignum* aliquid faciet. Nihil *homine indignius* est quam corporis voluptas: ad majora quædam natura nos genuit et conformavit. Qui *virtute præditi* sunt, soli sunt divites: soli enim possident res et fructuosas et sempiternas: solique *contenti* sunt *rebus* suis, quod est proprium divitiarum. Xerxes nova *voluptate* inventa non fuisset *contentus;* neque enim unquam finem inveniet libīdo.

English Examples turned into Latin.

Est philosophia paucis contenta judicibus. Idem fecit Philippus vir patre, avo, majoribus suis dignissimus. Ii a quibus dice-

bare consul, te luce dignum non putabant. Hæc sunt digna te. Nihil video in hoc Sulla odio dignum, misericordia digna multa. Turpia hæc, et me indigna puto. Homo sapiens et alta quadam mente præditus et misericordia captus fuit. Fretus intelligentia vestra dissero brevius quam causa desiderat.

465. Suscipe curam et cogitationem dignissimam tuæ virtutis.

Rule XXIV.

142.] 467. Nihil est *amabilius virtute.* Quid est *optabilius sapientia?*—quid *præstantius?* Nihil est homini *jucundius suavitate* scientiæ. Quid est *præstantius bonitate* et *beneficentia?* Nihil *assuetudine majus.* Nihil *intolerabilius* fieri potest *insipiente* fortunato. Menti veritatis *luce* nihil *dulcius* est. Sæpe acri *potior* prudentia *dextra* est. *Libertate* nihil dulcius. Facta *verbis difficiliora* sunt. Nihil est *velocius annis.* Pax una *triumphis* innumeris *potior. Risu* inepto res *ineptior* nulla est. *Plus* valet humanis *viribus* ira Dei.

Cuncta putat sapiens una *virtute minora.* Pauper agit mundi *dominis securius* ævum. *Morte magis* metuenda senectus est. Alius *alio magis* iracundus est. *Lacryma* nihil *citius* arescit. Pulchros ornatus turpes mores *cœno pejus* collinunt.

143.] 469. Nullum *vitium* tetrius est *quam avaritia.* Certe *ignoratio* futurorum malorum utilior *quam scientia.* Decet cariorem esse *patriam* nobis *quam nosmetipsos.*

470. *Nihil* libentius populus Romanus adspexit *quam elephantos* cum turribus suis. Victus est Xerxes Themistoclis magis *consiliis, quam armis* Græciæ. Multitudo ubi vana religione capta est, melius *vatibus quam ducibus* suis paret.

471. *Plus* triginta *annos* nascor. Castra *amplius millibus* passuum octo in latitudinem patebant. Milites *amplius horis* quatuor fortissime *pugnavērunt.*

473. Multi injurias suas *gravius æquo* habent. Consules *plus solito* converterant in se civitatis animos. Cæsar *opinione celeriùs* venturus esse dicitur. Senectus est natura *loquacior. Obscuriora* sunt Datamis gesta pleraque.

474. Obsessi *acriter magis quam constanter* (or *acrius* quam *constantius*) prælium iniērunt. Consilium Maracis non ratione *prudentius* quam eventu *felicius* fuit.

144.] 475. Unus *præ cæteris fortior* exsurrexit. Galba multo *præter cæteras altiorem* statui crucem jussit. Suevi frumenta cæterosque fructus *patientius* quam *pro* solita Germanorum *inertia,* laborant.

477. Padus est *nulli* amnium claritate *inferior.* Sapientia humana omnia *inferiora virtute* ducit.

478. Nec quidquam *aliud libertate* communi quæsivimus.

479. Sententia *gravius atque* ipse sensisset excepta est.

English Examples turned into Latin.

Quis hoc homine scientior unquam fuit? Quid est temeritate turpius? Ea sole ipso clariora sunt. Quid est optabilius sapientia. Nihil laudabilius, nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. Patria mihi vita mea multo est carior. Quid est dulcius otio literato? Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum. Nihil est homini veritatis luce dulcius. Quid est in homine sagaci ac bona mente melius? Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

RULE XXV.

480. Natura paucis *rebus* et parvis *eget*. *Morte carent* animæ;
145.] et carmina *morte carent*. *Carēre* debet *vitio* qui paratus est in alterum dicĕre. Nunquam eminentia *invidia carent*. Censesne te posse reperire ullam mulierem, quæ *careat culpa?* Venter *caret auribus*. *Vacare culpa* magnum est solatium. Omnis animadversio et castigatio *contumelia vacare* debet. Nihil honestum esse potest, quod *justitia vacet*. Multos malos fortuna *liberat pœna*, *metu* neminem. Homines *divitiis affluentes* sæpe efferuntur fastidio.

Videmus quosdam homines *circumfluentes pecunia opibus*que, tamen ea desiderare maxime *quibus abundant*. Tantalus, aiunt, semper *eget*, liquidis semper *abundat aquis*. Themistocles maluit virum, qui *pecunia egēret*, quam pecuniam, quæ *viro*. Is maxime divitiis fruitur, qui minime *divitiis indiget*.

483. Insanus *custodis eget*. Natura voluit alterum *alterius indigēre*. Iis potissimum opitulari debemus, qui *opis* maxime *indigent*. Certissima paupertas est, quum *alicujus indigeas*.
146.] Sensum a cœlesti demissum traximus arce, *cujus egent* prona, et terram spectantia.

English Examples turned into Latin.

Dum altero injustitiæ genere vacant, in alterum currunt. Docēbis carēre omni malo mortem. Culpa cum careamus omnia humana placate, et moderate feramus. Quousque igitur is qui omnes hostes scelere superavit nomine hostis carēbit? Alter uti dixit Isocrates frenis eget, alter calcaribus. Oratio ejus omnibus ornamentis abundavit. Hanc vitam quietam atque otiosam secuti sumus, quæ, quoniam honore caret, careat etiam molestia. Quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.

483. Te expectat et indīget tui. Indigeo tui consilii.

RULE XXVI.

484. Plerique nimia *indulgentia* in liberos suos *utuntur*. Qui *liberalitate utuntur*, benevolentiam sibi conciliant. *Mente* recte

uti non possumus, multo cibo et potione completi. Commoda *quibus utimur*, lux *qua fruimur*, spiritus quem ducimus, a Deo nobis
147.] datur atque impertitur. Boni in cœlo *ævo* sempiterno *fruuntur*. Cave credas ad hanc unam rem te natum esse, ut *fruereris voluptatibus*. *Auribus* frequentius quam *lingua utĕre*. *Bestiis* homines ad utilitatem suam *uti* possunt sine injuria. Juvenis *gaudet equis canibus*que. Ne *gaudeas vanis*. Ferīna rabies est *sanguine gaudēre* et *vulneribus*. *Æquitate* et *justitia gaudent* (*delectantur*) viri boni. Qui *pœna fruitur* (*gaudet*), ferus est.

Certe nihil homini potest melius esse, quam vacare omni dolore et molestia, *perfrui*que maximis et animi et corporis *voluptatibus*. Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum quibus egeremus, invectio nulla est, nisi his *muneribus* homines *fungerentur*. Quid est gloriosius quam iram *amicitia mutare?* Te *virtute* decet potius quam *sanguine niti*. Jason aureo *vellere potitus est*.

486. Cleanthes solem dominari et *rerum potiri* putavit. Hel-
148.] vetii totius *Galliæ* se *potiri* posse sperant. Homines qui cæteris animalibus pares esse non possent, si seducerentur societate munīti, *rerum potiuntur*. Populus Romanus sociis defendendis *terrarum* omnium *potīti sunt*.

487. Datames militare *munus functus est*. Sacras *lauros vescar*.

English Examples turned into Latin.

Proprio philosophiæ fungatur officio. Avunculus tuus functus est officio. Quid ego his testibus utor, quasi res dubia aut obscura sit. Id est cujusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur. Quod ratione utitur, id melius est quam id quod ratione non utitur. Nos Deus voluit ista non scire, sed his tantummodo uti. Bono utare dum adsit; cum absit, ne requiras. Nemo parum diu vixit qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere.

Rule XXVII.

489. *Condemno me* ipsum *inertiæ*. Res adversæ *admonent homines* (de re aut cura) *religionum*. Tacita labitur ætas, nihil tumul-
149.] tuatur, nihil *admonet* (*nos*) *velocitatis* suæ. Imbecillitas nostra sæpe *nos admonet mortalitatis*. Fannius *Verrem insimulabat avaritiæ*. *Me accusare de* epistolarum *negligentia* non potes. Me tibi excuso in eo ipso *in quo te accuso*. Homines *capite damnati*, *morte* multantur. Omne humanum genus *morte damnatum est*. Nemo sapientiam *paupertate damnavit*. Natura fœdere certo degeneres animas *tenebris damnavit Avernis;* at piis cœli porta patet. Omnia mortalium opera *mortalitate damnata sunt*. Eum *inter sicarios accusavit*. 493. *Inertiam* adolescentium *accusat*.

English Examples turned into Latin.

Thrasybulus legem tulit nequis alterum rerum anteactarum accuset neve multet. Socratis responso judices sic exardescēbant ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. Cœlius judex eum injuriæ absolvit qui Licilium poetam in scena nominatim læserat. Milites fremēbant et cœpērunt tribunos majestatis arguĕre ac proditionis, et centuriones avaritiæ insimulare. Qui accusat alterum probri se ipse intuēri debet.

Rule XXVIII.

150.] 495. Sapiens voluptatem *minimi facit.* Epicurus voluptatem quam *magni æstimabat.* Si callidi rerum æstimatores prata et areas *magni æstimant;* quod ei generi possessionum minime nocēri potest; *quanti* est *æstimanda* virtus, quæ nec erĭpi nec surrĭpi potest?

499. Quicquid bonis accĭdit, *boni consulunt*, in bonum vertunt. Tranquillissimus est animus meus, qui totum istud *æqui boni*que *facit.* 500. *Prata multo æstimabat.* Ea *pro falsis ducit.*

English Examples turned into Latin.

Nullo in loco frumentum tanti fuit quanti iste æstimavit. Ego pro Pompeio lubenter emŏri possum; facio pluris omnium hominum neminem. Non ignoro quanti ejus nomen putetis. Magni æstimat pecuniam. Suam auctoritatem quam magni æstimat. Animus callēre jam debet, atque omnia minoris æstimare. Non habeo nauci Marsum augurem, non haruspices. Si me tanti facis quanti certe facis.

Rule XXIX.

151.] 501–1. Equi fortis et victoris *senectuti comparat suam* (*senectutem*). *Grandia* si *parvis assimilare* licet. Sic *parvis componĕre magna* solēbam. *Nil* ego *contulerim* jucundo sanus *amīco.*

503. *Confer* longissimam *ætatem* hominum *cum æternitate*, et brevissima reperietur. Quum meum *factum cum tuo compăro*, multo magis meo delector quam tuo. Jugurtha ubi Metelli *dicta cum factis composuit.*

2. Facile omnes, quum valemus, recta *consilia ægrotis damus.* Ne *te dedas voluptatibus*, neque *desidiæ.* Intemperans adolescentia effœtum *corpus tradit senectuti. Inopi beneficium* bis *dat* qui dat cito. *Nil* sine magno vita labore *dedit mortalibus. Hominibus* in-
152.] digentibus de re familiari est *impertiendum.* In *tribuendo suum cuique* justitia versatur. Nemo potest *sibi crastinum* (*diem*) *pollicēri.* Si *quid hosti promisisti*, fidem *ei datam* fallĕre non oportet. Promissa non servanda sunt ea, quæ sint iis *quibus promiseris*, inutilia.

Bis peccas quum *peccanti obsequium accommodas.* Quid? quum

es iratus, *permittis* illi *iracundiæ dominatum* animi tui? Ne *fræna animo permittas* calenti; da spatium, tenuemque moram. Ubi *socordiæ tete* atque *ignaviæ tradideris*, neutiquam Deos implores. *Beneficium digno* ubi *das*, omnes obligas. Esse boni viri *solvĕre cuiquam* adulterinos *nummos* pro bonis, negat Antipater; eique assentītur Cicero.

Parentes sæpe *gratificantur id liberis*, quod illis obest. Tarquinium dixisse ferunt, tum quum exul esset, se intellexisse, quos
153.] fidos amīcos habuisset, quosque infidos, quum jam *neutris referre gratiam* posset.

3. Meas *cogitationes explicavi tibi* superioribus literis. Puer *rem* omnem *dominæ indicavit*. Si *mihi* difficilis *formam* Natura *negavit*, ingenio formæ damna rependo meæ.

4. Dies *adĭmit ægritudinem hominibus*. Ne *suum adimas alteri*. *Aufert homini fructum* bonorum omnium dolor. *Cui* non *auferat fructum* voluptatum omnium solitudo? Nonne sapiens, si fame conficiatur, *abstulerit cibum* alteri *homini* ad nullam rem utili? Minimè verò. Nilus præcipitans se, fragore *audītum accolis aufert*. *Detrahĕre alteri*, et alienum a justitia et contra naturam est. Si
154.] unusquisque nostrum *detrahat quod cuique* possit emolumenti sui gratia, societas hominum (ut) evertatur necesse est. *Eripĕre vitam* nemo non *homini* potest, at nemo *virtutem*. Vatum labor *omnia fato eripit*, et populis donat mortalibus ævum. Cui rem dat deus, *huic decedĕre* prava putatur stultitia.

503. Mors *a malis nos abducit*. Clodius *pecuniam* consularem *abstulit a Senatu*. Da operam ut *illos de pravitate* animi *deducas*. Philosophia *ab animo*, tanquam *ab oculis*, *caliginem dispulit*.

English Examples turned into Latin.

Se mihi compărat. Equi fortis senectuti compărat suam. Non ego eum cum summis viris compăro. Quid loquar de Democrito? Quem cum eo conferre possumus? Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. Quæ tibi promitto sanctissimè observabo, diligentissimeque faciam. Cæsăris literarum exemplum tibi misi. Laudationem Porciæ tibi misi correctam. Rem omnem domino narravit. Stulti est sententiam cuivis declarare. Quid est Sicilia si ei agri cultionem sustuleris. Horum virtuti fidem derogavit.

Rule XXX.

155.] 508. *Te veniam*, confessus crimina, *posco*. *Pacem te poscimus* omnes. *Deum vitam roga* et *salutem*. Egestas *aliquos temperantiam docet*. Amīci *nos multa admonet*. *Hoc te* ita *rogo*, ut majore studio rogare non possim. *Uxorem* quoque ipsam hanc *rem* ut *celes*, fac.

511. Ad te confugimus, *a te opem petimus*, tibi nos totos tradi-

mus. *Nihil* nisi honestum et rectum *ab amīco postula.* Staberius *obsides ab Apolloniatibus exigĕre* cœpit. *Quid* acta tua vita, *quid* studia *a te flagitent*, tu vidēbis. Hoc *a me munus* universa provincia *poposcit.* Ego *Masinissam de* suo *regno ;* ille *me*, *de* nostra *republica percontatus est.*

512. Cæsar Liscum detinet: *quærit ex solo ea* quæ in conventu dixerat. *Eadem* secreto *ab aliis quærit.*

English Examples turned into Latin.

156.] Hoc te beneficium jure meo rogo. Te primum is sententiam rogat. Si te rogavero aliquid, nonne respondebis? Si Deos omnes hominesque rem celare possimus nil injustè est faciendum. Id me monuit. Hoc a te ita peto, ut majore studio non possim. Hoc a te peto atque contendo. Athenienses auxilium a Lacedæmoniis petiit. Hoc a rege plurimis verbis petit.

RULE XXXI.

514. Poeta *pectus* falsis *terroribus implet.* Deus *bonis* omnibus *explevit mundum.* Crotoniatæ *templum* Junonis egregiis *picturis locupletare* voluērunt. Natura *Germaniam decoravit* altissimorum hominum *exercitibus. Commeatibus naves onerat.* Æolus statuerat, cum nox *obrueret terram tenebris*, *eos fluctibus opprimĕre.* Sed cum *me* ægritudo *somno privaret*, hoc, nescio quid, scribĕre institui. *Apollonium* omni *argento spoliavisti* ac *depeculatus es.* Natura *oculos membranis* tenuissimis *vestivit* et *sepsit.* Largior hic *campos* æther, et *lumine vestit* purpureo.

157.] 518. Terra *ferarum scatet. Compleverant* jam *mercatorum carceres.*

RULE XXXII.

519. I. *Culpæ arguebatur*, cujus erat insons. *Condemnatus est pecuniæ* publicæ. Noli ægrè ferre te *officii* tui *commonēri.* Qui *accusatur facinoris*, aut qui postulatur de re aliqua, vocatur reus. Sed qui reus est culpæ, non continuò in culpa est. Multi enim homines innocentissimi *capitis accusati*, et *capitis damnati* fuērunt.

II. Nulla possessio *pluris æstimanda* est quam virtus. Pecunia avāro *magni æstimatur.* Nequam homo *parvi penditur.* Sapienti voluptas *minimi æstimatur.*

158.]

III. Mors recte *comparatur somno.* Quæ virtus *comparanda* est *beneficentiæ* et *liberalitati.* Epicurus nimis *voluptati deditus est.* Via ad veram felicitatem ex solo Dei verbo *nobis ostenditur.* Virtus nec *eripi* nec *surripi cuiquam* potest.

IV. Deus *rogetur vitam* et *salutem. Admonemur multa* ab amīcis. Virgo *motus docēri* gaudet Ionicos. Cato *rogatus sententiam* hujuscemodi orationem habuit.

V. *Luctibus* atque *cædibus* omnia oppida *complentur.* Tauri

cervix *oneratur aratro*. *Commeatibus* naves *onerantur*. *Amicitur vitibus* arbor.

159.] 526. Senior inutile *ferrum cingitur*. Sic fatus deinde comantem Androgei *galeam* clypeique *insigne* decorum *induitur*. Ire in scenam, in Græcia, *nemini turpitudini ducitur*.

English Examples turned into Latin.

Ego primus non rogatus sum sententiam. Fortunæ sunt committenda omnia; sine spe conamur ulla. Provincia illa illi data est. Cæteris venia et impunitas datæ sunt. Cluentius sententiam de judiciis rogatus est. Studiis scientiæ præponenda sunt officia justitiæ. Optima hæreditas a patribus traditur liberis, gloria virtutis. Sua cuique parti ætatis tempestivitas est data. Facinoris tanti reus arquitur, ut, eo neglecto, civitas stare non potest. Bona existimatio ab Agesilao opulentissimo regno præponebatur. Amiculum aureum Jovi Olympio detractum est, eique laneum pallium injectum est.

RULE XXXIII.

528. Malo *probari* uni *bono*, quam multis *malis*. Malo unum *bonum* me *probare*, quam multos malos. Divitis *audīta est cui* non opulentia Crœsi? *Quis* non *audivit* opulentiam Crœsi? Artibus ingenuis *quæsīta est* gloria *multis* (*multi quæsivērunt* gloriam). *Na-*

160.] *vigantibus* movēri *videntur* ea quæ stant. *Navigantes putant* ea movēri, quæ stant. Semper in studiis honestis *viventi* non *intelligitur* (semper in studiis honestis *vivens* non *intelligit*), quando obrēpat senectus.

531. Semel *omnibus calcanda* est via leti. Cogita nihil in vita *tibi expetendum* esse nisi quod laudabile et præclarum est. Semper ita vivamus, ut rationem *nobis reddendam* (esse) arbitremur. Bella *detestata matribus*. Artibus ingenuis *quæsīta* est *multis*. *Legendus mihi* sæpius est Cato Major. Et jam maturis *metuendus* (est) Jupiter *uvis*.

English Examples turned into Latin.

Barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli. Cui non auditæ sunt Demosthenis vigiliæ? Etiam sapientibus cupīdo gloriæ novissima exuitur. Nulla tuarum audīta mihi neque visa sororum. Nunquam præstantibus in republica gubernanda viris laudata est, in una sententia perpetua permansio. Romanis ab eodem prodigio novendiale saerum publicè susceptum est. Sæpe paucis strenuis adversum multitudinem bene pugnatum est. Virtus est omnibus

161.] colenda. Senibus labores corporis minuendi sunt. Legendus est hic orator, si quisquam alius, juventuti.

AGENT AFTER PASSIVE VERBS.

530. Paupertas ostendit *a quo amēris*. Paupertas ostendit *quis amet* te. Miser est qui neque diligit quemquam, nec ipse *ab ullo*

diligitur. Miser est qui non diligit quemquam, quemque *nemo diligit.* Nihil recte *fieri* potest *ab irato. Iratus* nihil recte facĕre *potest.* Non modo animus *ab ira perturbatur*, sed etiam corpus. *Ira* non modo animum *perturbat*, sed etiam corpus. Boni viri res nunquam *a Deo negliguntur. Deus* nunquam *negligit* res viri boni.

A Deo et civitatibus et singulis hominibus *consulitur. Deus consulit* et civitatibus et singulis hominibus. Præclare *scriptum est a Platone* (præclare *scripsit Plato*), nos non nobis solum natos esse. Vulgus id honestum putat quod *a plerisque laudatur* (quod *plerique* laudant). Perdiccas apud flumen Nilum *interficitur a Seleuco* et
162.] *Antigono.* Ita *generati sumus a natura* (*natura* ita nos *generavit*), ut non ad ludum jocumque facti esse videamur. Voluptates corporis verè *a Platone dictæ sunt* illecebræ et escæ malorum. *Plato* verè *dixit* voluptates corporis, &c. Animis *tenduntur* insidiæ *a voluptate* (*voluptas tendit* insidias animis). Avārus non possidet divitias, sed *a divitiis possidetur* (*divitiæ possident* illum).

Note.—*Lege* naturæ *prohibemur* facĕre injuriam. *Lex* naturæ (*vel*, *natura* lege sua) *prohibet* nos facĕre injuriam. Omnia *reguntur* divina *mente* et *providentia.* Divina *mens* et *providentia regunt* omnia; vel, *Deus regit* omnia *providentia* sua. Præclara ingenia *gloria incitantur. Gloria incitat* præclara ingenia. Nemo unquam *ignavia* immortalis *factus est. Ignavia* neminem unquam immortalem *fecit. Literis* res secundæ *ornantur*, adversæ *adjuvan-*
163.] *tur. Literæ ornant* res secundas, *adjuvant* adversas. Dolores *mitigantur vetustate. Vetustas mitigat* dolores. Homines *decipiuntur specie* boni. *Species* boni *decipit* homines. *Trahimur* omnes laudis *studio.* Laudis *studium trahit* nos omnes. Benevolentia *beneficiis capitur. Beneficia capiunt* benevolentiam. *Voluptate capiuntur* homines, ut *hamo* pisces. *Voluptas capit* homines, ut *hamus* pisces. Commodum *præponderatur honestate. Honestas præponderat* commodum. Fortuna *suis* cuique *fingitur moribus. Sui* cuique *mores fingunt* fortunam. *Quisque* sibi fortunam *fingit* suis moribus. *Mutantur* mores hominum *adversis rebus*, perinde atque *prosperis. Adversæ res mutant* mores hominum, perinde atque *prosperæ.* Boni bonorum *familiaritate delectantur.*
164.] Bonorum *familiaritas delectat* bonos. Suo quisque *studio* maximè *ducitur.* Suum *studium* quemque *ducit* maxime. Saxa *cavantur aqua; consumitur* annulus *usu. Aqua cavat* saxa; *usus consumit* annulum. Improbi animi *conscientia* semper *cruciantur.* Animi *conscientia* semper *cruciat* improbos. Deus rationem homini dedit, *qua regerentur* animi appetītus (*quæ regĕret* animi appetītus).

English Examples turned into Latin.

Sum equidem abs te lacessitus ad scribendum. Philosophi omnia sua esse atque a se possidēri volunt. Deiotarus filius rex ab

senatu appellatus est. Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. Virtutum amicitia adjutrix a natura data est, non vitiorum comes. Ad interficiendum Marium gladio missus est servus publicus, qui ab eo imperatore bello Cimbrico captus erat. Alexander Babylone morbo consumptus est. Nulla agricolæ cultu stirps tam diuturna quam poetæ versu seminari potest. Rex Parthorum, Neronis fama territus, liberos suos ad Cæsărem misit obsides.

CONSTRUCTION OF CIRCUMSTANCES.

Rule XXXIV.

165.] 534. Ex altera parte C. Antonius, *pedibus æger* legato exercitum permittit. Ennius *ingenio maximus*, *arte rudis* erat. Res mihi videtur esse, *facultate*, *præclara; arte*, *mediocris.* Equidem angor *animo.* Contremisco *tota mente* et *omnibus artibus.* Qui *tempore* prior, *jure* potior est. Hic mihi est, *ætate*, filius; *beneficio*, pater; *amore*, frater.

538. Restitit Æneas, *os humeros*que Deo similis. Latos *humeros*, subjectumque *collum* fulvi insternor pelle leonis. *Omnia* Mercurio similis *vocem*que, *colorem*que, et *crinem* flavum, et *membra* decora juventæ.

539. *Naucratem*, quem convenire volēbam, in nave non erat. Sed *istum* quem quæris, Ego sum. Bocchus, præter nomen *cætera* ignarus populi Romani. *Cætera* quiescas. *Istud*, vereor ne tibi illum succensēre *aliquid* suspicēris.

540. Integer *vitæ scelerisque* purus, non eget Mauris jaculis.

166.] Discrucior *animi.* 541. *Aere cavo* clypeum postibus adversis figo. Statua *de marmore.*

English Examples turned into Latin.

Eloquentia C. Gracchus neminem parem habet; grandis est verbo, sapiens sententia, genere toto gravis. Apes silvestres horridæ sunt aspectu, multo iracundiores, sed labore præstantes. Pamphilus erat Macedo natione. Non abhorrēbat moribus Tullia Tarquinii uxor. Quousque is qui omnes hostes scelere superat, nomine hostis carēbit? Agesilaus Lacedæmonius rex erat nomine, non imperio. Caius Marius equestri loco natus, sanctus vita, optimus bello, pessimus pace fuit.

Rule XXXV.

542. Immedicabile membrum *ferro* exscindendum est. Omnia *pecunia* effici possunt. *Voluptate* capiuntur homines, non minus quam *hamo* pisces. Eunt anni *more* fluentis aquæ. Admissis labitur annus *equis.* *Argilla* quidvis imitabĕris uda. De amicitiæ utilitate omnes uno *ore* consentiunt. Duobus *modis* fit injuria, aut

167.] *vi* aut *fraude*. Æquo *animo* feras, quod mutare nequeas. Deum semper pura, integra, et incorrupta *mente* veneremur. Qui bona *fide* Deum colit, amat et sacerdotes. Quis furor est *bellis* arcessĕre mortem? Imminet, et tacito clam venit illa *pede*. Multo plures homines hominum *impetu* deleti sunt quam omnibus reliquis *calamitatibus*. Multos magnis *incommodis* afficit pecuniæ cupiditas. Quibus tandem *gradibus* Romulus ascendit in cœlum? Nonne *rebus* gestis atque *virtutibus?* Quis amicitiam Pyladis et Orestis non maximis *laudibus* efferat? Vivunt pecudum *ritu*, qui omnia ad voluptatem referunt. Ploratur *lacrymis* amissa pecunia veris.

Religio nostra præcipit, ut eodem *modo* erga proximos affecti simus, *quo* erga nosmet ipsos. Inter causas malorum nostrorum (una) est, quod vivimus ad exempla, et *consuetudine* abducimur. Quod *exemplo* fit, id etiam *jure* fieri putant homines. Ebrietas

168.] unius horæ hilarem insaniam longi temporis *tædio* sæpe pensat. Lento *gradu* ad vindictam divina procedit ira, turditatemque supplicii *gravitate* compensat. Speciosius multo *beneficiis* vincuntur injuriæ, quam mutui odii *pertinacia* pensantur. Deteriores omnes sumus *licentia*. Sunt quidam homines, non *re*, sed *nomine*.

The cause.—Homines hominum *causa* generati sunt. Neminem viola tui commodi *gratia*. Malevolentia lætatur (gaudet) alieno *malo*, et æmulatio angitur alieno *bono*. *Voluptatibus* hominum pars major perit. Grex totus in agris unius *scabie* cadit, et *porrigine* porci. Id agas, nequis tuo te *merito* oderit. Quid stultius est quam aliquem *eo* sibi placēre, quod ipse non fecit. Queritur, Ægisthus qua *re* sit factus adulter: In promptu causa est; desidiosus erat.

169.] Mutantur mores hominum adversis *rebus* perinde atque prosperis. Stultitia est *timore* mortis mori. Nulla est excusatio peccati, si amīci *causa* peccaveris. Nonnulli adolescentes, sive *felicitate* quadam, sive *bonitate* naturæ, sive parentum *disciplina*, rectam vitæ viam sequuntur. Omnes *natura* se ipsos diligunt.

Virtus neque *naufragio* neque *incendio* amittitur, nec tempestatum, nec temporum *permutatione* mutatur. Credidit esse scelus pinguescĕre *corpore* corpus, alteriusque animantem animantis vivĕre *leto*, Pythagoras. Luxuriant animi *rebus* plerumque secundis; nec facile est æqua commoda *mente* pati.

544. Aut *ob avaritiam* aut misera ambitione laborat. *Propter frigora*, frumenta in agris matura non erant. Cavendum est, ne iisdem *de causis* alii plectantur, alii ne appellentur quidem.

545. Non dubitabam id a te *per literas* petĕre. Nonne emŏri per virtutem præstat, quam vitam miseram *per dedecus* amittĕre.

170.] Quæ *cum perturbatione* fiunt, ea neque recte fiĕri possunt, nec ab his, qui adsunt, approbari. *Cum ira* nihil recte fiĕri potest. Quis dixerit, melius esse turpiter aliquid facĕre *cum voluptate*, quam honestè *cum dolore*.

English Examples turned into Latin.

Alii dolore moventur, alii cupiditate. Dici non potest quam sim hesterna disputatione tua delectatus. Non tam rebus novis quam tuis literis delector. Corrupti mores depravatique sunt admiratione divitiarum. Suo quisque studio maxime ducitur. Invidiam virtute partam gloriam non invidiam putarem. Hæc omnia reguntur natura. Qui id quod vitari non potest, metuit, is vivĕre animo quieto nullo modo potest. Datur concessu omnium aliquis ludus adolescentiæ. Tota Italia desiderio libertatis exarsit. Neminem re, verbo, vultu, offendit. Maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem. Natura propensi sumus ad diligendos homines. (*Obs.*) Non præ lacrymis possum reliqua scribĕre. Frumenti vim ingentem, ædiles, cum suprema fide et gratia divisērunt populo.

Rule XXXVI.

548, 549.—*Genitive.*—*Olympiæ* per stadium ingressus esse Milo
171.] dicitur, quum humeris sustinēret bovem. Eo censu quem Vespasiani censores egērunt, centenos vicēnos annos *Parmæ* tres edidērunt; *Brixelli* unus centum viginti quinque; *Parmæ* duo centēnos tricēnos; *Placentiæ* unus centum triginta et unum; *Faventiæ* una mulier centum triginta duos; *Bononiæ* unus, *Arimini* vero tres, centēnos tricēnos septēnos. Audīte, adolescentes, orationem Archytæ Tarentini, quæ tradita est Catoni, quum esset adolescens *Tarenti:* Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem, hominibus dicēbat esse a natura datam.

Ablative.—Fuit Arganthonius quidam *Gadibus*, qui octoginta annos regnavit. Qualem erudīti solent appellare sapientem, in reliqua Græcia neminem, *Athenis* unum, accepimus. Nusquam tantum tribuebatur ætati quantum *Lacedæmone;* nusquam erat senectus honoratior. *Athenis* adversus ingratos actio constituta est.

Rule XXXVII.

172.] 553. Naviget *Anticyram. Syracusas* se contulit. Migrandum esse *Rhodum* arbitror. Si melior casus fuerit, revertemur *Romam.* Anystis Lacedæmonius, et Philonides Alexandri Magni cursor, a Sicyone *Elin*, uno die mille ducenta stadia cucurrērunt. 555. Hæc nunciant *domum* Albani.

Rule XXXVIII.

556. Accēpi *Roma* fasciculum literarum. Iter *Laodicea* feci. Percrebruerat toto Oriente vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore *Judæa* profecti (aliqui) rerum potirentur.

Rule XXXIX.

DOMUS *and* RUS.

558. *Domi* et foris ægrè quod sit satis semper est. *Rure* ego viventem, tu dicis in urbe beatum. *Domum* revertor mœstus.
173.] *Rus* ibo. *Domo* se non commovērunt. Video *rure* redeuntem senem.

559. Credĭdit Tullus Hostilius, salubriora *militiæ* quam *domi* juvenum corpora fore. Platonis vox altior est quam ut eam nos, *humi* strati, suspicĕre possimus.

562. Accessum est (a nobis) *ad Britanniam* omnibus navibus meridiano fere tempore. Dominante *in Italia* Cinna, major pars nobilitatis ad Syllam *in Achaiam*, ac deinde post *in Asiam* perfūgit. *Ab Europa* petis Asiam; *ex Asia*, transis *in Europam*. Ego *in Tusculano* te expecto.

564. Lacedæmonii Pausaniam cum classe *Cyprum* atque *Hellespontum* misērunt. Memmius *Romæ Numidia*que facinora Jugurthæ memorat.

English Examples turned into Latin.

Me literarum expectatio Thessalonicæ tenet. Non fuerat mihi dubium quin te Tarenti aut Brundusii visurus essem. Dionysius Corinthi pueros docuit. Fuisti sæpe, cum esses Athenis, in scholis philosophorum. Puteolis magnus est rumor Ptolemæum esse in regno. Babylone Alexander mortuus est. Æsopus a Crœso Delphos missus est. Lævinus consul Agrigentum legiones duxit.
174.] Dion obsecrabat Dionysium ut Platonem Syracusas arcessĕret. Timoleon Corintho colonos arcessivit. Cimon Athenis Lacedæmonem profectus est. Manlius rure juventam egit. Marius domi suæ senex mortuus est. Quum Tullus rure redierit mittam eum ad te. Qui domo vĕnit nescit an domum redeat. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. In Britannia nihil est neque auri neque argenti. Quid geritur in Gallia citeriore. In Britanniam non profecti sunt.

Rule XL.

565. Mors nobis omni *hora* impendet. Plato uno et octogesimo *anno* scribens mortuus est. *Luce sacra* requiescat humus, requiescat arator. Homines scelerati *nocte die*que suum gestant in pectore testem. Deus munera sine intermissione *diebus* et *noctibus* fundit. *Festo die* si quid prodegeris, *profesto* egēre liceat. Ut hirundines, *æstivo tempore*, sic falsi amīci *sereno* vitæ *tempore* præstò sunt; simul atque fortunæ hyemem viderint, devolant omnes.

Rule XLI.

175.] 565–1. *Accusative.*—Avārus *dies noctes*que cruciatur. *Dies* et *noctes* cogitandum est, moriendum esse. *Dies* et *noctes*

fata nos undique circumstant. Demosthenes *annos* prope *trecentos* ante Ciceronem fuit. Nemo est tam senex qui se *annum* non putet posse vivĕre. Nemo exploratum habet, divitias suas sibi permansuras (esse) *unum diem.* Arganthonius ad imperium *quadraginta annos* natus accessit, *octoginta* regnavit *annos*, et centum et viginti vixit. Qui *totos dies* precabantur et immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi appellati sunt.

2. *Ablative.*—Apud Pythagoram, discipulis *quinque annis* tacendum erat. *Tota vita* vivĕre discendum est; et *tota vita* discendum est mori. Arganthonium *octoginta annis* regnasse prope certum est.

569. Dictator institutus est, decem fere *annis post* primos consules, T. Larcius. *Anno* fere centesimo et quadragesimo *post* mortem Numæ, primus Italiam Pythagoras attigit.

176.]

570. Centum et octo *annis postquam* Lycurgus leges scribĕre instituit, prima posita est Olympias. In *paucis diebus quam* Capreas attingēbat.

571. Mors Roscii *quatriduo quo* is occisus est Chrysogono nuntiatur. *Quatriduo quo* hæc gesta sunt. 572. *Abhinc annis* factum est sedĕcim. Carthago diruta est, quum stetisset annos sexcentos sexaginta septem, *abhinc annos* centum septuaginta septem.

English Examples turned into Latin.

Suo tempore totius hujus sceleris fons aperietur. Erat eodem tempore senatus in æde Concordiæ. Tres sunt res quæ obstent hoc tempore Roscio. Viginti jam annos bellum gero cum impiis civibus. Triginta annos vixit Panætius posteaquam eos libros edidisset. Avāri dies noctesque cruciantur. Natali die tuo scripsisti epistolam ad me; eam mihi Philotimus postridie, quam a te acceperat, reddidit. Quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vespere. Ego hoc tempore omni noctes et dies, in omnium doctrinarum meditatione versabar. Tardius ingrediuntur ii qui ferro vincti multos annos fuērunt. Quis unum diem totum velit esse in isto genere voluptatis.

Rule XLII.

177.] 573–1. *Accusative.*—A recta conscientia non oportet *transversum unguem* discedĕre. Abest Italia ab Sardinia centum viginti *millia* passuum: Sardinia abest ab Africa ducenta *millia* passuum. Urbs Saguntum sita est passuum ferme *mille* a mari. Zama, quinque dierum *iter* ab Carthagine abest.

2. *Ablative.*—Pharus insula, quondam diei *navigatione* distans ab Ægypto, nunc ei ponte juncta est. Gens Menisminorum abest ab oceano dierum *itinere* viginti. 576. Arabes gladios habent tenues, longos quaternis *cubitis.* Viri alti erant senis *pedibus.* 577. Eadem die castra promovit, et *millibus* passuum *sex* a Cæsăris castris consēdit. 578. *A millibus* passuum *duobus* posuērunt.

Rule XLIII.

579. Turres in muris Babylonis *denis pedibus* quam muri altiores
178.] sunt. Sol *multis partibus* major est quam terra. Est consuetudo Siculorum, ut nonnunquam *uno die* longiorem mensem faciant, aut *biduo*.

580. *Aliquanto* patientius mortem quam dedecora suorum tulit Augustus. *Quanto* latius officiorum patet, quam juris regula! *Tanto* brevius omne tempus, *quanto* felicius est. *Quo* quid est præclarius, *hoc* difficilius.

English Examples turned into Latin.

Edixit ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. Non audēbat iterum dicĕre quot millia fundus suus abesset ab urbe. In omni vita sua quemque a recte conscientia transversum unguem non oportet discedĕre. Persis in longitudine mille sexcenta stadia procurrit. Campus Marathon ab Athenis decem millia passuum abest. Babylon arcem habet ambitu viginti stadia complexam; triginta pedes in terram turrium fundamenta demittuntur; viginti pedes lati parietes hortos pensiles sustinent. Ephesiæ Dianæ templum quadringentos pedes longum, et ducentos latum fuisse dicitur. Homines quo plura habent, eo cupiunt ampliora. Hibernia dimidio minor est quam Britannia. Eo minor est arcus, quo altior est sol. Nihil tu nunc majore in discrimine es quam quivis nostrum.

Rule XLIV.

581. Spem *pretio* non *emam*. Magno ubique *pretio* virtus *æsti-*
179.] *matur*. Inde hominibus ira et insania sunt quod exigua *magno æstimant*. Nulla res carius constat quam quod *precibus emitur*. Sperne voluptates; nocet *empta dolore* voluptas. Homini *magno* mala gaudia *constant*. Egregiè Plato dicit, nimia esse quæ homines *emant vita*. Plurimus *auro venit* honos.

582. Magis illa juvant, quæ *pluris emuntur*. Consideratè agĕre *pluris est*, quam cogitare prudenter. *Quanti quanti* bene *emitur*, quod necesse est. *Docēbat* neminem *minoris* talento. Res nulla *minoris constabit* patri, quam filius. Non unquam reputant, *quanti* sibi gaudia *constent*.

583. Chrysogonus vas aliquid Corinthium *tanto pretio* mercatus est, ut qui pretium enumerari audiēbant, fundum venire arbitrarentur. 584. Venditori expedit, rem *venire quam plurimo*.

English Examples turned into Latin.

180.] Ordinem senatorium pretio mercatus est. Alicui vendidit pecunia grandi. Calamitatem ego a republica meis privatis incommodis libentissime redemissem. Tusculanam villam quingentis millibus; Formianum sestertiis ducentis quinquaginta millibus æstimarunt. Ut quisque quod plurimi sit possideat, ita ditissimus

habendus est. Ager nunc multo pluris est quam tunc fuit. Hoc quanti putas esse ad famam hominum. Vendo mea (bona) non pluris quam cæteri, fortasse etiam minoris.

CONSTRUCTION OF ADVERBS.

Rule XLV.

585. *Statim*que Jugurtham *adoptavit*, et testamento *pariter* cum filiis hærēdem instituit. Sed cur *tamdiu* de uno hoste *loquimur?* *Breviter*, *simpliciter*que *dixi.* Id *justè*, *moderatè*, *sapienter*, *factum est.* Itaque mortem sapientes *nunquam* inviti, fortes *sæpe etiam libenter appetivērunt.* *Non unquam alias ante* tantus terror senatum invasit.

586. Julius Cæsar, Corneliam Cinnæ *quater consulis* filiam duxit
181.] uxorem. 588. Vibius est poeta ineptus; *nec* tamen scit *nihil*, et est *non inutilis.* Hæc res etiam *nonnullam* affert deformitatem. Populus solet *non nunquam* dignos præterire. Apertè adulantem *nemo non* videt. 589. Epicrates debēbat *nullum* nummum *nemini.* *Nunquam* Scipionem, *ne* minima *quidem* re offendi. 590. Pisone consule senatui *non solum* juvare rempublicam, sed *ne* lugēre *quidem* licēbat.

Rule XLVI.

592. *Sat fautorum* habet, qui rectè facit. Nunquam cuiquam hominum *satis amicorum* fuit. Nulli non ad nocendum *satis virium* est. Migrandum est *aliquò terrarum.* Nihil est amabilius virtute; quam qui adeptus erit, *ubicunque gentium* erit, a bonis viris diligetur.

Rule XLVII.

182.] 600. Audio Cæsărem omnium fere *oratorum* Latinè loqui elegantissimè. Non quæro quid dicat, sed quid *convenienter rationi* possit, et *sententiæ* suæ dicĕre. Lacryma nihil *citius* arescit.

English Examples turned into Latin.

Ubi terrarum sumus? O Dii immortales! Ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? quam rempublicam habemus? Boni non habent ducem; nostrique libertatis vindices longè gentium absunt. Ægypta ad me vēnit pridie Idûs Aprilis; Philotimus pridie ejus diei vēnit. Minus habeo virium, quam vestrum utervis. Nondum virium satis habes. In virtute satis est præsidii ad beatè vivendum. Illi obviam misimus Athenas. Cum essent devii, ei obviam descendērunt. Cæsar quam proxime potuit hostium castris castra communīvit. Quæstores provinciæ mihi præsto erant. Imprŏbo nemini bene esse potest. Peccat uter nostrum cruce dignius. Togulæ lictoribus ad portam præsto fuērunt.

Rules XLVIII., XLIX., L., LI.

183.] 611. Præceptor est parentis *loco.* Aliud *alio loco* nascitur. In sese tentat descendĕre nemo: at *præcedenti* spectatur mantica *tergo. Tuo* pendentia respice *tergo.* Fallit nos vitium *specie* virtutis. Homo constat *corpore* et *anima.* Tempus tribus *partibus* constat, *præterito*, *præsente*, et *futuro.* Deus non alienum ducit *majestate sua*, mundum et res hominum curare. Desine philosophis *pecunia* interdicĕre. Patribus malè gerentibus *bonis* interdici solet. Stulte, putas alium *sapiente bono*que beatum?

Rule LII.

184.] 613. *Prohibitis abstine.* Pythagŏras cunctis *animalibus abstinuisse* dicitur. Vir probus, etiam impunitate proposita, *abstinet injuria.* Amicitia nullo *loco excluditur.* Nullo fata *loco* possis *excludĕre. Exeat aula*, qui volet esse pius. Teneros animos aliena opprobria sæpe *absterrent vitiis.* Præoptavit Hercules *viam* virtutis, quam voluptatis *ingredi.*

Multa *senem circumveniunt* incommoda; sæpe quærit et *inventis* miser *abstinet*, et timet uti. Hæres hæredem alterius, velut unda *supervĕnit undam.* Non domus et fundus, non æris acervus et auri, ægroto domini *deducet corpore* febres, non *animo* curas.

615. Animus manet *e corpore* cum *excesserit.* Nunquam *a me* sacrilegas manus *abstinēbit.* Lacedæmonii *de* diutina *contentione destitērunt.* Lex jubet *adire ad deos* caste.

English Examples turned into Latin.

185.] Jure gravissimi philosophi initium summi boni a natura petivērunt. Ex singulis virtutibus certa officiorum genera nascuntur. Ubi igitur virtus si nihil situm est in ipsis nobis? Refellĕre sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus. Reliquum corpus abjecit in mare. In familiam clarissimam nupsit. Exeamus e theatro, veniamus in forum. Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit. Manus a te homines vix abstinēre possunt.

SYNTAX OF THE VERB.

Connection of Tenses.

619. I. 1. In Ciceronis ad Atticum epistolis sic omnia de mutationibus reipublicæ perscripta *sunt* ut nihil in iis non *appareat.* Non *est* provincia, ut opinor quam Augustus non *adierit.* Tanta *est* corruptela malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi virtutis *extinguantur.*

2. Tantum rerum ubertatem natura *largīta est*, ut ea quæ gignuntur donata consultò nobis, non fortuito nata, *videantur.*
186.] Ego rebus meis gestis hoc *sum assecutus*, ut bonum nomen

existimer. Pauci *reperti sunt*, qui, nullis præmiis propositis, vitam suam hostium telis *objecerint*.

3. *Reperiam* multos quibus quidquid velim facilè *persuadeam*. Testes omnes, si cupĕrent, interficĕre non possent; nam dum hominum genus *erit*, qui *accuset* eos non deerit. *Experiar* ut hinc *avolem*. Si quid Curionis sermo ejusmodi *attulerit*, quod ad te *scribendum sit*, id literis meis adjungam.

II. 1. Trans Rhenum, Tiberius ita vitam *instituit*, ut sedens in cespite nudo cibum *sumĕret*, et sæpe sine tentorio *pernoctaret*. Non *arbitrabar* quum consul designatus ab equitis Romani filio *defenderetur*, de generis novitate accusatores esse dicturos. Aliæ dissensiones *erant* ejusmodi, quæ non ad delendam sed ad commutandam rempublicam *pertinērent*.

2. Nonnulli patres familiarum testamento *cavērunt* ut ab hæredibus suis victimæ in Capitolium *ducerentur*, votumque pro se *solveretur*, quod superstitem Augustum *reliquissent*. *Promīsit*
187.] Hannibal Gallis se non stringĕre ante gladium quam in Italiam *veniret*. Servii Tullii sollertia ita *est ordinata* respublica, ut omnia patrimonii, dignitatis ætates, artium officiorumque discrimina in tabulas *referrentur*.

3. Ex eo ipso *audieram*, quam a te liberaliter *esset tractatus*. Consules neque senatus consulto neque literis *præceperant* mihi quid *facĕrem*. Multam materiem *ceciderat* Alexandri miles, ut aditum per saxa *faceret*.

671. Spectaculum *concelebrant* quanto adparatu *possent*, ut rem claram expectatamque *facĕrent*. 622. Nemo dubitare *debet* quin multos, si fiĕri *posset*, Cæsar ab infĕris *excitaret*. Clamores tanti *fuērunt*, ut eo usque exaudītos *putem*.

623. Socrates *dicĕre solēbat* omnes in eo quod *scirent* satis esse eloquentes. Iliensi populo *respondit* Tiberius, se quoque vicem eorum *dolēre* quod egregium civem Hectorem *amisissent*. Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici, *solitum* aiunt his
188.] quos exercēbat *præcipĕre*, ne *irascerentur*. Interea cum musis nos delectabimus; nec mihi unquam *veniet* in mentem Crasso invidēre, neque pœnitēre quod a me ipso non *desciverim*.

Participles.—Parmenio Damascum quarto die *pervēnit*, jam *metuente* præfecto ne sibi fides *habita* non *esset*. *Dubitanti* mihi quid me facĕre par *sit* magnum pondus effert benevolentia erga Pompeium.

English Examples turned into Latin.

Sunt qui Marium concurrentem cum Telesino prodiderint. Bene fecit Silius qui transegerit. Sisygambis, rex, inquit, merēris ut ea præcamur tibi quæ Dario nostro quondam precabamur et, ut video, dignus es qui tantum regem, non felicitate solum, sed etiam equitate, superaveris. Ego puto Cæsărem facturum ut præsidium

deducat; vincet enim, si consul factus erit. Magnam hæc res difficultatem ad consilium capiendum Cæsări afferēbat, ne si maturius ex hibernis copias educĕret, ab re frumentaria laboraret. Filiam et neptes ita instituit ut etiam assuefacĕret lanificio, vetuitque loqui aut agĕre quidquam nisi quod in diurno commentario referretur. De republica video te omnia colligĕre quæ putes aliquid spei mihi posse afferre mutandarum rerum. Pompeio statim rescripsi non me quærĕre ubi tutissimè essem.

INDICATIVE MOOD.

624. 1. Jam *stabant* Thebæ. Romulus Romam *condidit.* Liber-
189.] tas *agitur* populi Romani. Ratio nostra *consentit;* oratio *pugnat.* Quid *agis?* Tu apud patres conscriptos contra me dicĕre *ausus es?* *Regnavit* Ancus annos quatuor et viginti. Cæsar duas legiones *conscripsit;* tres ex hibernis *eduxit;* exercitum in duas partes *divisit.* Cras literas *scribemus.*

2. In referenda gratia, si modo Hesiodo *credimus*, debemus imitari agros fertiles qui plus multo affĕrunt quam accepērunt. Semper eris pauper, si pauper *es*, Æmiliane. Si non *deduntur* hæc, bellum ita indicit. Si deus *es*, legati Scythici Alexandro dixērunt, tribuĕre mortalibus beneficia debes, non sua eripĕre.

3. Ego, si *potuero*, faciam vobis satis. Volumnia *debuit* in te officiosior esse, et id ipsum quod fecit, *potuit* diligentius facĕre. Ad mortem te duci, jussu consulis, jampridem *oportēbat.* Delēri *potuit* exercitus, si quis ausus esset vincĕre.

4. Si homines rationem, in fraudem malitiamque convertērunt,
190.] non dari illam, quam dari humano generi *meliis fuit.* Quum in acie stare ac pugnare *decuerat*, tum in castra refugērunt.

5. Pons Sublicius iter pene *dedit* ni unus vir fuisset, Horatius Cocles, eximia virtute. Populus effigies Pisonis *devellebat*, ni jussu principis protectæ essent.

SUBJUNCTIVE MOOD.

625 1st. Thursinum cognominatum esse Augustum satis certa probatione *tradiderim.* Frater, tua bona venia *dixerim*, ista sententia maxime obest reipublicæ. Libenter his qui ita produnt *accesserim*, Romulum Romam condĕre. Vix ullius gentis, ætatis, ordinis hominem *inveneris*, cujus felicitatem fortunæ Metelli compăres. Non *negaverim* tristem atrocemque vobis visam orationem meam esse. *Nescias* utrum magis detestabile vitium sit ira, an de-
191.] forme. *Velim* tibi persuadeas, nihil me majore studio a te petĕre. *Velim* te cum Pomponio considerare utrum honestè tu Romæ esse possis. Næ ego haud paulo Socratis animum *malim* quam eorum omnium fortunas qui de eo judicavērunt.

2d. Sic cum inferiore *vivas* quemadmŏdum tecum superiorem velis vivĕre. Ne *committas* ut tibi defuisse videare. Suum quisque *noscat* ingenium, acremque se et bonorum et vitiorum suorum judicem *præbeat*. Si meam salutem contra fratris tui impetum in me crudelissimum defenderim, satis *habeas* nihil me etiam tecum de ejus injuria conquĕri. Sit ne malum dolēre necne, Stoici *viderint*. Nihil inquies omnino *scripsēris*.

3d. Quis sapiens bono *confidat* fragili? Quis *neget* omnes imprŏbos esse servos? Quis *dubitet* quin in virtute divitiæ sint. Quis posthac numen Junonis *adoret?* Quid *videatur* ei magnum in rebus
192.] humanis, cui æternitas totiusque mundi nota sit magnitudo? Quid *enumeraverim* artium multitudinem sine quibus vita omnino nulla fuisse posset.

4th. Alexandrum dixisse ferunt, "Nisi Alexander *essem*, *essem* libenter Diogenes." Hæc quidem non *ferrem*, nisi *habērem* socium studiorum meorum Atticum nostrum. Hæc tibi ridicula videntur quia non aderas quæ si *vidēres*, lacrymas non *tenēres*. Si quis has platanos *circumfoderet*, si *irrigaret*, non nodosi *essent* rami, et squalidi, trunci. Si dii philosophiam bonum vulgare *facerent*, si prudentes *nasceremur*, sapientia, quod in se optimum habet *perdidisset*, inter fortuita *esset*.

English Examples turned into Latin.

Sint sane ista bona quæ putantur. Sint ea ita. Feras putem quibus ex raptis alimenta sunt meliores quo iratiores; sed patientiam laudaverim boum et equorum. Tertia ratio effodiendi metalla opus gigantum vicerit. Quis non jure miretur platanum umbræ gratia tantum, ex alieno petītam esse orbe? Emas quod necesse est. Meminerimus etiam adversus infimos justitiam esse servandam. Ego vero, in iis etiam causis in quibus omnis nobis res cum judicibus est, non cum populo; tamen si a corona relictus sim, non queam dicĕre. Si cum hac exceptione data sit mihi sapientia ut illam inclusam tenērem, nec enunciarem, rejicerem. Denique, ita me in republica tractabo, ut meminerim semper quæ gesserim, curemque, ut ea virtute, non casu gesta esse videantur.

Rule LIV.

193.] 1. Soli contingit sapienti, *ut* nihil *faciat* invitus. Edimus *ut vivamus*, non vivimus *ut edamus*. Vestri imperatores ita triumphârunt *ut* ille pulsus superatusque *regnaverit*. Hannibal vinculo quodam ita copias copulavit *ut* nulla nec inter ipsos nec adversus ducem seditio *extiterit*. Thucydidis conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias vix *ut intelligantur*. Legem brevem esse oportet, *quo* facilius ab imperītis *teneatur*. Tollebatur celebritas virorum ac mulierum in funeribus *quo* lamentatio *minueretur*. Fieri potest *ut* recte quis *sentiat*, et idquod sentiat polite

194.] eloqui non *possit*. Plerisque accidit *ut* præsidio literarum diligentiam in perdiscendo *remittant*. Cura *ne* denuo in morbum *incidas*. Non deterrebit sapientem mors *quominus* commodis reipublicæ suisque *consulat*. Parmenio deterrēre regem volebat *quominus* medicamentum *biberet* quod medicus dare constituerat. Tanta vis probitatis est, *ut* eam in hoste etiam diligamus.

English Examples turned into Latin.

Legimus ut discamus. Mos est hominum ut nolint eundem multis rebus excellĕre. Oratio mentes judicum permovet impellitque, ut aut oderint, aut ament, aut invideant, aut salvum velint, aut misereantur, aut punire velint. Fit nescio quomodo, *ut* magis in aliis *cernamus*, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Persæpe evĕnit *ut* utilitas cum honestate *certet*. Obducuntur libro aut cortice arbores *quo sint* a frigore et a calore tutiores. Nec vero Isocrati *quominus haberetur* summus orator offēcit, quod infirmitate vocis in publico dicĕre impediebatur. Accīdit, *ut* una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, *dejicerentur*.

195.] 627–2. Sic vive, *tanquam* Deus *videat*. *Quasi* vero paulum *intersit*. Sic vivendum est *tanquam* in conspectu *vivamus;* sic cogitandum, *tanquam* aliquis in pectus intimum inspicĕre *posset:* Et potest aliquis. *Tanquam prodiderim* quicquid scio. *Ceu vero nesciam*. *Si* vicinus tuus vestem pretio majore *habeat* quam tu, habēre tuamne an illius malis? Concludunt ratiunculas Stoici cur dolor non sit malum, *quasi* de verbo non de re *laboretur*. *Quasi* sua res aut honos *agatur*. Fabius M. Atilium captum in Africa commemorat, *tanquam* M. Atilius primo accessu ad Africam *offenderit*. *Ceu vero nesciam* adversum Theophrastum scripsisse etiam feminam. Quidam idcirco Deum esse non putant, quia non apparet nec cernitur; proinde *quasi* nostram ipsam mentem vidēre *possimus*. Fabâ Pythagorei abstinuērunt, *quasi* vero eo cibo mens *infletur*.

3. Veritas *licet* nullum patronum aut defensorem *obtineat*, tamen per se ipsa defenditur. Non est pumilio, *licet* in monte **196.**] *constiterit*. *Licet* ipsa vitium *sit* ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, *quin conquisiverit* Verres, *inspexerit*, *abstulerit*. Non est dubium, *quin* is qui liberalis benignusve dicitur officium non fructum *sequatur*. Nemo est, *quin* ubivis quam ubi est *malit*. Livii ac Virgilii imagines et scripta paulum abfuit *quin* Caligula ex omnibus bibliothecis *amovēret*. Hortensius non dubitabat *quin* P. Sullam *defenderet*. Dies fere nulla est, *quin* hic Satrius domum meam *ventitet*.

English Examples turned into Latin.

Romana prodigia, Horatius, Mucius, Clœlia, nisi in annalibus forent, hodie fabulæ viderentur. Qui hæc procul videt, *etiam si* quid agatur *nesciat*, in scena esse Roscium intelligit. Tu *si* hic

esses, aliter sentires. Dies deficeret si *vellem* enumerare quibus bonis malè evenerit, quibus malis optimè. Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam bella forent, nulli tota morerentur in urbe cernimus. Vita brevis est licet supra mille annos exeat. Id negotium sic volo suscipĕre ut si sit res mea. Absentis Ariovisti crudelitatem velut si coram adesset horrebant Sequani.

197.] 4. In omnibus negotiis *priusquam aggrediare*, adhibenda est præparatio diligens. Huc quam primum veni, *antequam* omnes copiæ adversariorum *conveniant*. *Ante* revertar *quam* luna bis *impleat* orbem. Fabius equites præmittit sic paratos, ut confligĕrent, atque omne agmen morarentur, *dum consequeretur* ipse. Si nondum profectæ sunt, nihil est, quod se moveant, *quoad perspiciamus* quo loci sit res. Rhenus servat nomen et violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur *donec* oceano *misceatur*. Magno me metu liberabis *dummodo* inter me atque te murus *intersit*. Neque Catilina quibus modis assequeretur, *dum* sibi regnum *pararet*, quicquam pensi habebat. *Utinam posset* aliqua ratione hoc crimen defendĕre, quamvis falsâ. Varronis sermo facit expectationem Cæsăris; atque *utinam* ipse Varro *incumbat* in causam. O *si* solitæ quicquam virtutis *adesset?* *Ut* te omnes dii deæque *perduint*.

English Examples turned into Latin.

Dum hic (Milo) veniret, locum relinquēre noluit. Ipse vel se in cruciatum dari cupiebat dum de patris morte quæreretur. Antequam turpis macies decentes occupet malas, teneræque succus defluat
198.] prædæ, speciosa quæro pascĕre tigres. Calpurnius Flamma, tribunus militum cum lecta trecentorum manu insessum ab hostibus tumulum occupavit; adeoque moratus est eos dum exercitus omnis evaderet. O Utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat, obrutus insanis esset Paris aquis!

5. Athenienses misērunt Delphos consultum *quidnam facerent*. Pyrrhus legatos interrogavit *quid* de hostium sede *sentirent*. Lydus et Tyrrhænus fratres, fame compulsi sortīti dicuntur, *uter* cum parte multitudinis, patria *decederet*. In incerto est, *utrum* Cæsărem magis nasci reipublicæ *profuerit*, an non nasci. Queritur *cur* doctissimi homines de maximis rebus *dissentiant*. *Quis sim* ex eo quem ad te misi cognosces. Fac cogites in *quanta* calamitate *sis*. Consideres *quid* tuæ rationes *postulent*. Disce *quid sit* vivĕre. *Qualis sit* animus, ipse animus nescit.

Quæ virtus et *quanta*, boni, *sit* vivĕre parvo discite. Accipe
199.] nunc tenuis victus *quæ* commoda secum *afferat*. Aspice florentes quondam *quas verterit* urbes luxus. Respice, *quid moneant* leges, *quid* curia *mandet*, præmia *quanta* bonos *maneant*. Dispiciamus et cogitemus *quid simus*, et *quid* ab animantibus cæteris *differamus*, et ea sequamur ad quæ nati sumus. Si consideremus *quæ sit* in natura hominum excellentia et dignitas in-

telligemus corporis voluptatem contemni oportēre. *Quid sit* futurum cras, fuge quærēre. Scire nefas homini est, ætas *quid* crastina *volvat*. Herculem dicunt, quum primum pubesceret, exiisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum deliberavisse, quum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, *utram* ingredi melius *esset*. Iniens ætas tempus est a natura datum ad deligendum *quam* quisque viam vivendi ingressurus *sit*. Vita *quam* brevis *sit*, cogita. Incertum est *quam* longa nostrum cujusque vita futura *sit*.
200.] Discite *quam* parvo *liceat* producēre vitam, et *quantum* natura *petat*. Nonne vides hominum *ut* celsos ad sidera vultus *sustulerit* Deus? Nos natura docet non negligēre *quemadmodum* nos adversus homines *geramus*. Difficile est dictu *quantopere concilient* animos hominum comitas et affabilitas sermonis. Aspice *quantum* quotidie nequitia *proficiat*, *quantum* publicè privatimque *peccetur*. Quis scit *an adjiciant* hodiernæ crastina summæ tempora Di Superi?

English Examples turned into Latin.

Sæpe ne utile quidem est scire quid cras futurum sit. Cæsar Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet; quæ in eo reprehendat ostendit, quæ ipse intelligat, quæ civitas queratur, proponit. Dumnorigi custodes ponit ut quæ agat, quibuscum loquatur scire possit. Quid quæque nox aut dies ferat incertum est. Habes quid metuam, quid optem, quid destinem in futurum. Mihi invicem rescribite quid egeritis, quid agatis, quid velitis. Difficile est dictu quænam causa sit, cur ea quæ maximè sensus nostros impellunt voluptate, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienemur.

628–629. *Si* bona existimatio divitias *præstat*, et pecunia tantopere *expetitur*, quanto magis gloria est expetenda. Catilina furibundus, "*Quoniam*," inquit, "ab inimicis *agor*, incendium meum
201.] ruina exstinguam. Nemo saltat sobrius, *nisi* forte *insanit*. Dolebam *quod* socium et consortem gloriosi laboris *amittebam*. Magnum beneficium est naturæ *quod* necesse *est* mori. *Ante* implicatur quisque aliquo genere vivendi *quam potuit* quod optimum esset, judicare. *Tamdiu* fient judicia *quamdiu* est civitas. Tarquinii *tamdiu* dimicavērunt, donec Aruntem filium regis, manu sua, Brutus occidit. Hostes *dum* se *putant* vincēre fortius sequi cœpērunt. Ut hæc *audivit*, exardescebat ira.

630. Vivebat *quum* Sicilia *florebat* opibus. *Quum præcipitur* ut nobismet ipsis imperemus, tum hoc præcipitur ut ratio coerceat temeritatem. *Quum* Opimii causam *defendebat* apud populum, Carbo consul, nihil de Gracchi nece negavit. *Quum* securè navigare *potero* navigabo.

631. *Quum* speculatores *reverterentur* procul ingens multitudo conspecta est; ignes deinde totis campis collucēre cœpērunt, *quum*
202.] incondita multitudo laxius *tenderit*. Hæc *quum moliretur* Alcibiades, Critias, cæterique tyranni Atheniensium certos

homines ad Lysandrum in Asiam miserunt. Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal *quum* a suis non *redimerentur*, venum dederat. *Quum sint* in nobis consilium, ratio, prudentia, necesse est Deum hæc ipsa habēre majora.

632. Quid *vis faciam?* Tu vellem, ut consuevisti, me *diligeres* et *defenderes*. *Mallem* divitias mihi *dedisses*. Extant epistolæ M. Ciceronis ad Quintum fratrem, quibus eum *hortatur* et *monet imitetur* vicinum suum Octavium. *Fac facias.*

633. *Metuo ne* frustra laborem *susceperis*. *Vereor*, *ne*, dum minuĕre velim laborem, *augeam*. Adulatores, si quem laudent, *verēri* se dicunt, *ut* illius facta verbis consĕqui *possint*. *Verendum est*, *ne* brevi tempore, fames in urbe *sit*. *Timebam ne evenirent* ea
203.] quæ accidērunt. *Vereor ut* Dolabella ipse satis nobis prodesse *possit*. Addo etiam illud, quod *vereor* tibi ipsi *ut probem*. *Vereor ne* forte *non* aliorum utilitatibus sed propriæ laudi servisse *videar*. *Vereor ne* præsenti fortunæ tuæ sufficĕre non *possis*.

English Examples turned into Latin.

Gyges, quum palam annuli sui an palmam converterat, a nullo videbatur ipse, autem omnia videbat; idem rursus videbatur, quum in locum annulum inverterat. Helvetii quum id quod ipsi diebus viginti ægerrime confecerant, uno illum die fecisse intelligerent legatos ad eum mittunt. Hæc quum animadvertisset, eos vehementer incusavit. Mihi quidem videntur homines hac re maxime belluas præstare, quod loqui possunt. Quamvis est arca plena, dum te inanem video divitem non putabo. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit. Timeo ut omnes labores sustineas quos te suscipĕre video. Vir improbus metuit, ne scelus emanet.

Rule LV.

636. Rule I. *Quid* sit *quod* me *delectaverit* quæris? *Quid* sit
204.] quod ab his *dicatur* audīte. Quis ignorat *quam pauci* historiones *sint*, *fuerint*que, *quos* æquo animo spectare *possimus*. Sapientiæ studium qui vituperat, haud sane intelligam *quidnam* sit *quod* laudandum *putet*. Nihil refert *quid* sit *quod* speculo *ostendatur*. Sunt *qui* hoc *carpant*. *Erant*, *qui* se statim *dederent*. Id, mea opinione, quanquam *sint qui dissentiant*, non satis est. *Fuērunt qui crediderint*, sonitum tubæ collibus circum editis audiri. Omnis ætas *quod agat* inveniet. Neque adhuc repertus est *quisquam qui* mori *recusaret*. Multo plura reperiuntur apud veteres *quæ* nobis probanda *sint*, quam quæ repudianda. In quo hoc maximum est quod neque ante illum *quem* ille *imitaretur*, neque post illum, *quem* is æquare *posset* inventus est. Habet humor *quo am-*
205.] *biat* terras, non *quo obruat*. Utile est *habēre quos* imitari primum, mox vincĕre *velitis*. Hi plerisque videntur nil boni ne-

gotii *habēre quod agant.* Nec *desunt* tam pulchro certamini duces, *qui* ad similia vos *cohortentur. Qui lacriment desunt.* Dum hominum genus erit, *qui accusent* eos non *deerint. Adsunt qui* vos *hortentur* ut a nobis desciscatis. *Adsunt qui* hæc non *probent. Adfuit qui noverit* Bebius Massa. Hujus unius rei usum *qui exigat* dies *veniet. Veniet aliquid* tempus *quod* nos iterum *jungat* ac *misceat. Quis* est *qui* Tarquinium Superbum non *oderit.* Hæc est, milites, pugna quam poposcistis? *Quis* homo *quis* deus est *quem* accusare *possitis? Quis* est *qui* non beneficus vidēri *velit? Quid* genus belli esse potest, in *quo* illum non *exercuerit* fortuna reipublicæ? *Numquis* est sermonem nostrum *qui aucupet? Non est, quod credas* quemquam fiēri aliena infelicitate felicem. *Nihil* aliud video *quod*
206.] agĕre *possimus. Numquid* est *quod* opera mea tibi opus *sit. Nemo* apud nos *qui* idem *tentaverit; nemo* apud Græcos, *qui* unus omnia eo *tractaverit. Unus* vir Numantinus non erat *qui* in catenis *duceretur. Nihil* est *quod* non alicubi esse *cogatur.* Vix *ullum* erat scutum *quod* non pluribus simul spiculis *perforaretur.*

Indicative after the relative belonging to the subject.

Quid sit *quod sequitur*, paulo post prosequar. Mali sunt homines *qui* (de) bonis *dicunt* malè. Nec audiendi sunt Cynici, *qui reprehendunt. Hi* sunt *qui* vitia *tradunt*, et alio aliunde *transfĕrunt.* Fuēre tamen extra conjurationem, *complures qui* ad Catilinam initio *profecti sunt.* Tum primum reperta sunt, *quæ* per tot
207.] annos rempublicam *exedêre. Multi sunt qui* non *donant*, sed *projiciunt. Desunt* illi *qui* operam tuam *conterebant. Nemo* liber est *qui* corpori *servit. Nihil* potest placēre *quod* non *decet.*

English Examples turned into Latin.

Nascetur Cæsar, imperium Oceano, famam qui terminet astris. Qui talem casum Ciceronis satis digne deplorare possit alius Cicero non extat. Non est quisquam gentis ullius, qui ducem naturam nactus ad virtutem pervenire non possit. Estne quisquam omnium mortalium de quo melius existumes tu? Quis est qui non anteponat oratori imperatorem. Tristis erat, et me mœstum videbat; audiveramus enim quæ solicitudinem incuteret. Incidunt sæpe multæ causæ quæ conturbent animos. Sunt qui hoc carpant. Sunt permulti optimi viri qui valetudinis causa, in hæc loca veniant. Philosophi quidam sunt reperti qui deum habēre rerum humanarum curam negarent. Hæc habui de senectute quæ dicerem. Nec deerant e contrario qui ambitione stolida conspicua arma, insignes equos ut instrumenta belli mercarentur.

641. Rule II. 1st. Patres, si *dignum qui* secundus ab Romulo
208] *numeretur* crearitis auctores fient. Non es *dignus* tu *qui habeas* quæ tam bene facta sunt. Si ego digna hac contu-

melia sum maxime at tu *indignus qui faceres* tamen. Tibi fortasse *idoneus* erat nemo *quem imitareris.* Vibullium Rufum Cæsar judicaverat *idoneum quem* ad Pompeium *mitteret.*

2d. Nulla *tam* detestabilis pestis, *quæ* non homini ab homine *nascatur.* Nihil *tam* vile, neque *tam* vulgare est *cujus* partem ullam *reliquerint.* Nulla acies humani ingenii *tanta* est *quæ* penetrare in cœlum, terram intrare *possit.* Nulla est *tanta* vis, *quæ* non ferro ac viribus debilitari frangique *possit.* Est innocentia affectio *talis* animi *quæ noceat* nemini. *Talem* te esse oportet *qui* te ab impiorum civium societate *sejungas.* Non erat studium meum *ejusmodi quod* silentio *posset* præteriri. Illæ dissensiones erant *hujusmodi quæ* non ad delendam sed ad commutandam rempublicam *pertinērent.* Non *is* sum, *qui*, quicquid videtur tale *dicam* esse quale videtur.

209.] Non tu *is* es, *qui* quid sis *nescias.* *Ea* tua ætas *quæ* cupiditatibus adolescentiæ jam *effugerit:—Ea* vita in *qua* nihil excusandum *habeas.*

3d. Major sum *quam cui possit* fortuna nocēre. Plura feci *quam quæ* comprendēre dictis in promptu mihi *sint.* Insueto Philippo verum audire *ferocior* Æmilii oratio visa est *quam quæ* habenda apud regem *sit.*

4th. Ad me *adivisse* memini *qui dicerent* nimis magnos sumtus legatis decerni. Lacedæmonii legatos Athenas *misērunt qui* Themistoclem absentem *accusarent.* Leges sunt inventæ *quæ* cum omnibus semper una atque eādem voce *loquantur. Sunt jactæ* ancoræ, *quæ* firmitatem pontis *continerent.* Omnes jam mulos *habent qui* crystallina et vasa *portent.*

644. Non est boni viri diligēre *quod* per se non *sit* diligendum. Principatum Nervæ, et imperium Trajani, senectuti seposui, ubi

210.] rara temporum felicitate sentire *quæ velis* et *quæ sentias* dicēre licet. Preces erant, sed *quæ* contradici non *possent.*

English Examples turned into Latin.

Non modo jam nemo est tam imperītus qui ea quæ gesta sunt in consulatu peccata esse dicat; sed nemo est tam inimīcus patriæ qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. Nihil est tantum quod ego, tua causa, facēre non debeam. Genus est belli ejusmodi quod animos vestros excitare atque inflammare ad persequendi studium debeat. Audīta voce præconis majus gaudium erat quam quod homines caperent. Fuēre qui putarent Lætilium venisse legatum a Verre, qui gratiam amicitiamque commemoraret. Tu is es qui in disputando non tuum judicium sequaris sed auctoritate aliorum pareas? Multa miracula evenērunt quibus cœli favor et quædam in Vespasianum inclinatio numinis ostenderentur.

645. Rule III.—Nequam te esse oportet, hominem peregrīnum atque advenam *qui irrideas.* Bene fecit Silius *qui transegerit.* Miseret me tui *qui* hunc tantam hominem *facias* inimīcum tibi. Rex, *qui* istum non *novisset*, sine ulla suspicione libentissime dedit.

Multi *qui* domi ætatem *egerint* propterea sunt improbati. O mise-
211.] rum, *qui* fideliorem barbarum *putet* quam conjugem! Num appellatur inimīcus *qui* cum telo *fuerit?—qui* hominem *occiderit?—qui* incendium *fecerit?—qui* templum *occupaverit?*

647. Itaque cogimur dominum nostrum ignorare, *quippe qui nesciamus* Soli an Ætheri serviamus. Ibi multum de mea sententia questus est *quippe qui* Ravennæ Crassum ante *vidisset*, ab eoque in me *incensus esset.* Plus ferociæ Britanni præferunt, *ut quos* nondum longa pax *emolliverit.* Neque Antonius procul aberat; *ut pote qui* magno exercitu *sequeretur.* Primo impetu cæsi disjectique montani, *ut quibus* neque in victoria decus *esset*, neque in fuga flagitium.

English Examples turned into Latin.

Vide hominis crudelitatem, qui se non dissimulet exsuli nocēre voluisse. Inertiam accusas adolescentium qui istam artem non ediscant. Minime miror si te oderit, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate. Miserum esse Crassum dico, qui illius fortunas morte dimiserit;—miserum Cn. Pompeium, qui tanta gloria sit orbatus;—omnes denique miseros, qui hac luce careant. Huic successit Pertinax, grandævus jam, ut qui septuagenariam ætatem attigisset. Equites Romani, ut qui fata fortunasque principum haberent in manibus, peculabantur suo jurer empublicam. Satis nequam sum, utpote qui hodie inceperim amare.

212.] 648. Rule IV.—Potest aliquid esse combustum, *quod* non *sit* accensum. Scilicet etiam Tiberius, *qui* libertatem publicam *nollet* tam projectæ servientium patientiæ tædebat. Certum non quemquam tangi *qui* prior *viderit* fulmen, aut tonitru *audiverit.* Nihil molestum, *quod* non *desideres.* Nihil potest malum vidēri *quod* naturæ necessitas *afferat.* An mihi potest quidquam esse molestum *quod* tibi gratum futurum *sit?* Nulla est tam facilis res, quin difficilis sit, *quum* invitus *facias.*

649. Rule V.—Tu eris *unus* in *quo nitatur* civitatis salus. Sapientia est *una quæ* mœstitiam *pellat* exanimis, *quæ* nos exhorrescēre metu non *sinat.* Hæc Academicorum est *una* sententia,
213.] *quam* reliquorum philosophorum nemo *probet.* In iis de quibus nunc loquimur ætatibus, memoria prope *sola* est *quæ* juvare curam docentium *possit.* Voluptas est *sola quæ* nos *vocet* ad se et *alliciat* suapte naturâ. *Solus* es, Cæsar *cujus* in victoria *ceciderit* nemo nisi armatus.

English Examples turned into Latin.

Rules IV and V.—Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hæc fuerit, Hannibal cui tot de Romanis ducibus victoriam Dei dederint tibi cesserit. Nam qui deos tantopere contemneret ad minimum tonitru et fulgura connivēre caput obvolvēre, sub lectum condēre solebat. Quid potest esse naturale quod

idem nimium esse possit? Gallorum gens una restat quæ populo Romano bellum facĕre, et posse, et non nolle videatur. Est unus Pompeius qui non modo eorum hominum qui nunc sunt gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superaverit.

650. Rule VI.—Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque *qui* sub eodem tecto *fuissent*, Italia deportarentur. Egregiè Plato
214.] dicit Minima esse *quæ* homines *emant* vita. Multi ex te audivērunt, quum diceres, Neminem esse divitem nisi *qui* exercitum alere *posset* suis fructibus. Socrates dicĕre solebat, Omnes in iis *quæ scirent*, satis esse eloquentes. Corsi reputabant insulam esse *quam incolerent;* direptos vastatosque classe, etiam *quos* cohortes alæque *protegerent.* Zeno dicĕre solebat, eum esse beatum *qui* præsentibus voluptatibus *frueretur*, dolore non interveniente. Negat, jus esse *qui* miles non *sit*, pugnare cum hoste. Alexander dicebat, Laude dignos esse, non *qui* Samothracum initia *viserent;* sed eos *qui* magnitudine rerum fidem *antecessissent.* Antonius culpam in Mucianus contulit *cujus* criminationibus *eviluissent* pericula sua. Arcesilaus negavit esse quidquam *quod* sciri *posset*, ne illud quidem ipsum *quod* Socrates sibi *reliquisset;* neque esse quidquam *quod* cerni aut intelligi *posset.* Uxor metus intentabat, Multos adstitisse libertos ac servos *qui* eadem *viderent*,—et præmia penes unum fore *qui* in-
215.] dicio *prævenisset.* Thales qui sapientissimus in septem dicebat, Homines existimare oportere, omnia *quæ cernerentur* deorum esse plena; fore enim omnes castiores veluti *qui* in fanis *essent* maxime religiosis.

655. Afri legatos Lacedæmona misērunt qui Lysandrum accusarent *quod* sacerdotes fani corrumpĕre *conaretur.* Ibi ostenditur platanus ex *qua pependerit* Marsyas ab Apolline victus.

656. Dicunt viros bonos eam justitiam sequi *quæ sit*, non eam *quæ putetur.* Critias certos homines ad Lysandrum in Asiam qui eum certiorem facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum ratum fore, *quas* ipse Athenis *constituisset.* Dixērunt se non minus id contendĕre et laborare, ne ea *quæ dixissent* enunciarentur, quam uti ea *quæ vellent* impetrarent.

English Examples turned into Latin.

Tum demum Liscus proponit quod antea tacuerat, esse nonnullos quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privati plus possint quam ipsi magistratus. Divitiacus dixit—Unum se esse qui adduci non potuerit, ut juraret, aut liberos suos obsides daret. Apud Hypanem fluvium, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci quæ unum diem vivant. Tarquinium dixisse ferunt, exsulantem se intelligĕre quos fidos amicos habuisset, quos infidos, quum
216.] jam neutris gratiam referre posset. (Dixit) pejus victoribus Sequanis quam Æduis victis, accidisse: propterea quod Ariovistus in eorum finibus consedisset, tertiamque partem agri Sequani qui esset optimus totius Galliæ occupavisset.

653. 1st. Themistocles certiorem Xerxem fecit, id agi, ut pons quem in Hellesponto fecerat dissolveretur.

IMPERATIVE MOOD.

657. Ne *lacryma;* atque istud, quidquid est, *fac* ego ut sciam, ne *retice*, ne *verēre*, *crede* mihi. At istum rastrum interea *depone*, ne *labora*. *Tace*, *tace*, obsecro, salvæ sumus. *Cape* hoc flabellum, ventulum huic sic *facito*. Procul, O, procul *este*, profani, totoque *absistite* luco. Primus equum phaleris insignem victor *habeto*. *Incipe* Damœtas. *Laudator* industria. Nimium ne *crede* colori. *Fac*, ne quid aliud cures nisi ut quam commodissimê convalescas. *Cura* ut valeas. *Nolite* id velle quod fiĕri non potest. Magna vis est in virtutibus, eas *excita*, si forte dormiunt.

English Examples turned into Latin.

217.] O Jupiter, serva, obsecro, hæc nobis bona. Conscripti Patres, per majestatem populi Romani, misero subvenite; ite obviam injuriæ. Reges honorantor. Pythio Apollini donum mittite, lasciviam a vobis prohibēte. Tu ne viola Cererem. I, lictor, colliga manus, quæ paulo ante imperium populo Romano peperērunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus; arborî infelici suspende, verbera vel intra Pomœrium, modo inter illa pila et spolia hostium; vel extra pomœrium, modo intra sepulcra Curiatiorum.

N. B.—This extract from Livy, lib. XXVI., is the language of the father, in impassioned irony, calling on the lictors to execute *instantly* the law on his son; hence these imperatives are in the *present* form; but in the law itself, which contemplates such contingencies as future and after deliberate trial, the imperatives are in the *future* form. This affords by comparison a fine illustration of the Latin usage in respect to these forms mentioned Gr. 151.

CONSTRUCTION OF THE INFINITIVE.

Rule LVI.

660. Nunquam *est* utile *peccare*, quia semper est turpe. Non *referre* beneficiis gratias et *est* turpe, et apud omnes *habetur;* pa-
218.] rentes suos non *amare* impium *est*. Rari *sunt* casus, etiamsi graves, naufragium *facĕre*, vehiculo *everti*. Turpe *est* aliud *loqui*, aliud *sentire;* quanto turpius aliud *scribĕre*, aliud *sentire*. Nihil *est* aliud pulchrê et oratoricê *dicĕre*, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis *dicĕre*. Mihi quidem in primis arduum (esse) *videtur* res gestas *scribĕre*. Pulchrum *est bene facĕre* reipublicæ; etiam bene *dicĕre* haud absurdum *est;* vel pace vel bello clarum *fiĕri licet*. Quod cavēre possis, stultum *admittĕre est*.

659–8. *Totum hoc philosophari* displicet. *Ipsum Latine loqui*, in magnam laudem ponendum *est*.

English Examples turned into Latin.

Peccatum est patriam prodĕre. Secernĕre a corpore animum nec quidquam aliud est, quam emori discĕre. Rudem esse omnino in nostris poëtis inertissimæ segnitiæ est. Ratione uti, atque oratione prudenter, et agĕre quod agas consideratè; omnique in re quid sit veri, vidēre et tuēri decet: contraque falli, labi, decipi tam dedecet quam delirare. Hoc sentire, prudentiæ est; facĕre, fortitudinis; et sentire vero et facĕre, perfectæ cumulatæque virtutis.

RULE LVII.

219.] 663. *Scire volunt* omnes. *Properat vivĕre* nemo satis. Naturam *mutare* pecunia *nescit*. *Admonēri* bonus *gaudet*. Amicitia, nisi inter bonos, *esse* non *potest*. Nam sine virtute amicitia *esse* non *potest*. Qui non *novit tacēre*, *nescit loqui*. *Tollĕre* nodosam *nescit* medicīna podagram. *Nescit* vox missa *reverti*. Nemo *potest esse* beatus sine virtute. Si *vis amari*, ama. Cæsar *maturat* ab urbe *proficisci*. *Lectitavisse* Platonem studiosè Demosthenes *dicitur*. Pons in Ibero prope *effectus nuntiabatur*.

667. Mœsta civitas erat, vinci insueta. Agricola erat *peritus obsequi erudītus*que utilia honestis *miscēre*. Uterque princeps optimus erat, *dignus*que alter *eligi*, alter *eligĕre*.

220.] 668. *Note* 1, 2.—Nemo *potest effugĕre* id quod futurum est. Urbes non *potuissent* nec *ædificari* nec *frequentari* sine cœtu hominum. Quî nos *possumus intelligĕre* Deum, nisi sempiternum?

668. *Note* 3.—*Surgĕre videt* lunam. Nec zephyros *auditis spirare?* Medium *video discedĕre* cœlum, palantesque polo stellas.

669. Brevi spatio interjecto, hostes ex omnibus partibus, signo dato, *decurrĕre*, lapides gæsaque in vallum *conjicĕre*. Nostri primo, integris viribus, fortiter *repugnare*, neque ullum frustra telum ex loco superiore *mittĕre*. Interim quotidie Cæsar Æduos frumentum *flagitare*.

English Examples turned into Latin.

Donis impii ne placare audeant Deos. Statui nihil jam de republica cogitare. Non dubitavit ædificium extruĕre in alieno. Nos non subito cœpimus philosophari. Naturæ solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex, consĕqui potest imitando. Appetit animus aliquid agĕre semper, neque quietem sempiternam potest pati. Quid de iis cogites scire volo. Luna plena æstus maximos in oceano efficĕre consuevit. Pelopidas non dubitavit simul ac conspexit hostem, confligĕre. (669.) Hærēre homo, versari, rubēre. Ingenium
221.] ejus haud absurdum, posse versus facĕre, jocum movēre. Rex primo nihil metuēre, nihil suspicari.

RULE LVIII.

671. Ne feras molestè, *te monēri*. Memineris *iracundiam esse* vitium animi infirmi. Fateor *me peccavisse* et *me commeritum esse*

culpam scio. Aiunt, *homines* plus in alieno negotio *cernĕre* quam in suo. Adolescens *se* sperat diu *victurum* (esse). Sed nemini potest exploratum esse, *se* ad vesperum *victurum* (esse). Ne existimes
222.] ullam sine labore *esse virtutem.* Omnem crede *diem* tibi *diluxisse* supremum. *Scipionem Africanum* dicĕre *solitum* (*esse*) scripsit Cato, *se* nunquam minus otiosum *esse* quam quum otiosus; nec minus solum, quam quum solus esset. Opus est *te* animo *valēre*, ut corpore (valēre) possis. Tu tam egregios *viros* censes tantas res *gessisse* sine causa. Hoc *te intelligĕre* volo. Censemus *et* facillimè id explanare *posse.* Scis *me* istud idem *sentire*, Piso. *Te* arbitror *malle* taciturnitatem nostram experiri. Perspicuum est *hominem* e corpore animoque *constare.* Omnibus innatum est, et in animo quasi insculptum, *esse deos.* Omnes scimus, *deos esse. Sepulcrum* Cyri *aperiri* Alexander jussit. Contentum suis rebus *esse* maximæ est divitiæ. Semper est utile *virum* (esse) bonum, quia semper est honestum. *Victorem parcĕre* victo æquum est. Ad salutem civium *inventas esse leges* constat.

675. Non puto esse alienum ad te *scribĕre.* Omnes volumus et
223.] speramus *fiĕri senes.* Non tam *multi* virtute esse *præditi*, quam vidēri volunt. Optaverim honestè *pauper vivĕre* potius, quam inhonestè parare divitias. Malo valere, quam *dives esse.* Si vis bona fide *esse vir* bonus, sine (ut) contemnat te aliquis.

Note 2. Non datur *omnibus esse nobilibus;* sed licet *omnibus esse bonis*, si volunt. In causa facili *cuivis* licet *esse diserto.*

676. *Miltiades*, multum in imperiis magistratibus versatus, non *videbatur posse* esse privatum, præsertim quum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Modo nuntiatur *Silium Italicum* in Neapolitana sua, inediâ vitam *finivisse.*

English Examples turned into Latin.

Te in Epirum salvum venisse, et, ut scribis, ex sententia navigasse, vehementer gaudeo. Est enim, ut mihi videtur, valde decorum,
224.] patēre domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Vide quam mihi persuaserim, te esse alterum me. Ego existimo, in summo imperatore, quatuor has res in esse oportēre, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Ego enim scire te ista melius, quam me, non fateor solum, sed etiam facile patior. Omnes esse vim et naturam divīnam arbitrantur. Etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Jurarem per Jovem, me et ardēre studio veri reperiendi, et ea sentire quæ dicam.

677. 1st. Nunquam fere parens potest animum inducĕre, *ut* naturam ipsam *vincat*, *ut* amorem in liberos *ejiciat* ex animo. Ante senectutem curavi *ut* bene *viverem;* in senectute, *ut* bene *morĕrer.* Videndum est *ut* eam liberalitatem *utamur* quæ prosit amicis, obsit

nemini. Omne animal se ipsum diligit, ac, simul ac ortum est, id agit, *ut* se *conservet*.

2d. Si potest virtus *efficĕre*, *ne* miser aliquis *sit* facilius *efficiet*
225.] *ut* beatissimus *sit*. *Sol efficit*, *ut* omnia *floreant*, et in suo quæque genere *pubescant*. Omnis virtus nos ad se allĭcit, *facit*que, *ut* eos *diligamus* in quibus ipsa inesse videatur. Invitus quidem *feci ut* L. Flaminium e senatu *ejicerem*. Eloquentia *perfecit ut* auxilio sociorum Lacedæmonii *privarentur*.

3d. Discipulos *moneo ut* præceptores suos non minus quam ipsa studia *ament*. Magnopere te *hortor ut* non solum orationes meas sed hos etiam libros de philosophia diligenter *legas*. Si non ipsi honestate *movemur* ut boni viri *simus*, sed utilitate aliqua ac fructu, callidi sumus, non boni. Pompeium *monēre* et *hortari* non destitimus *ut* magnam hanc infamiam *fugiat*. *Moneo ut conquiescant*. Cæsar Trebonio magnopere *mandaverat*, *ne* per vim oppidum expugnari *pateretur*. *Edicĕre* ausus est Piso, *ut* senatus ad vestītum *rediret*. Cæsar Labieno *mandat*, Remos reliquosque Belgas *adeat* atque in officio *contineat*. Hortatur et monet *imitetur* vicinum suum Octavium.

226.] 4th. *Fit*, nescio quomodo, *ut* magis in aliis *cernamus* quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. Plerisque *accidit ut* præsidio literarum diligentiam in perdiscendo *remittant*. Soli hoc *contingit* sapienti *ut* nihil *faciat* invitus. Persæpe *evĕnit ut* utilitas cum honestate *certet*. Optimum *est ut* quotidie *dicamus*, audientibus pluribus; rarum *est* enim *ut* satis se quisquam *vereatur*. Caput *est* oratoris, *ut* ille apud quos agit, talis qualem se ipse optet *videatur*.

5th. Illi qui Græciæ formas rerum publicarum dedērunt, *corpora* juvenum *firmari* (*firmarentur*) labore *voluērunt*. Quum aliquem apud te laudavero tuorum familiarium *volam illum scire* (*ille scia!*) me id fecisse. *Optabat* Caligula *ut* populus Romanus unam cervi-
227.] cem *habēret*. Natura non *patitur ut* aliorum spoliis facultates nostras *augeamus*. Phæthon *optabat ut* in currum patris *tolleretur*.

6th. Supra belli Latini metum id quoque *accesserat*, *quod* triginta jam conjurasse populos satis *constabat*. Ex tota laude Reguli, illud *est* admiratione dignum, *quod* captivos retinendos *censuit*. *Quod* autem me Agamemnonem æmulari *putas*, falleris.

7th. *Dolet* me *quod stomacharis*. Mea *facta probari* abs te *gaudeo*. *Quod spiratis*, *quod* vocem *emittitis*, *quod* formas hominum *habetis indignantur*. Cato se *mirari* aiebat *quod* non *ridēret* haruspex haruspicem quum vidēret.

228.] 678. Spero *futurum esse* (fore) *ut sapias*. Video te velle in cœlum migrare, et spero *fore ut contingat* id nobis. Non eram nescius *fore ut* hic noster labor in varias reprehensiones *incurreret*. Ptolemæus mathematicus Othoni persuaserat, *fore ut* in im-

perium *adsciscerétur*. Rex ignorabat *futurum fuisse ut* oppidum ipsi *deditum esset*, si unum diem expectavisset.

679. Te nunc, mea Terentia, sic *vexari*, sic *jacēre* in lacrimus et sordibus! idque *fiĕri* mea culpa. Adeone *esse hominem* infelicem quemdam, ut ego sum! *Mene* incepto *desistĕre* victam, nec *posse* Italia Teucrorum avertĕre regem?

CONSTRUCTION OF PARTICIPLES.

Rule LIX.

681. Laus *debita virtuti*. Memento poenas *improbis paratas*. *Claudendæ* sunt aures malis *vocibus*. Plus *mihi nocitura* est ira quam injuria. Curandum est ut appetītum *rationi obedientem* præ-
229.] beamus. Temperantia est moderatio cupiditatum *rationi obedientium*. Homo *voluptati obsequens* haud multum hæredem juvat. Miserrimos mortalium judico, *ventri* ac *libidini deditos*. Umbra terræ *soli officiens* noctem effīcit. Animalium alia rationis expertia sunt, alia *ratione utentia*. Magistratum bonum *civibus* suis *consulentem*, et *utilitati* communi *servientem*, *oblītum commodi* sui, *legibus parentem*, *virtuti faventem*, *impietatem* et *nequitiam coercentem*, magno honore et benevolentia omnes boni *prosecuturi* sunt. *Lex* est recta ratio *imperans honestum*, *prohibens contrarium*. Quam miser est *virtutis* famulatus *servientis voluptati*. *Catonem* videbam in bibliotheca *sedentem*, multis *circumfusum* Stoicorum libris. *Alexander moriens* anulum suum dederat Perdiccæ.

683. *Illud exploratum habeto*, nihil fiĕri potuisse sine causa. Siculi ad meam fidem, *quam habent spectatam* jam et diu *cognitam* confugiunt. Romani in Asia *pecunias* magnas *collocatas habent*.
230.] Domestica cura *te levatum volo*. *Inventum* tibi *curabo* et *adductum*. *Legiones*, bello confecto, *missas fiĕri* placet. *Hoc* ego tibi *effectum* reddam.

684. Lacedæmoniis nulla res tanto fuit damno quam *disciplina* Lycurgi *sublata*. Ad Prusiam regem legatus Quinctius Flamininus vēnit, quem suspectum Romanis et *receptus Hannibal* et *bellum* adversus Eumenem *motum* reddiderant. Non carebant suspicione *oppressi Ciceronis* Cæsar et Pompeius. Ptolemæus rex alter erat post *Alexandriam conditam*. Anno ab *urbe condita* sexcentesimo.

685. Rex *Hephæstionem* in regionem Bactrianam misit, commeatus in hiemem *paraturum*. Stultus est, *qui* equum *emturus* non ipsum inspicit, sed stratum ejus ac frænos. Quidquid hosti usui esse potest corrumpit, sterile ac nudum solum *relicturus*.

686. *Epistolam* meam multis dedi *describendam*. *Ædem* in Capitolio Jovi optimo maximo bello Sabino *faciendam* vovit Tarquinius. Mummius *tabulas* ac *statuas* in Italiam *portandas* locavit. Rex Harpago *Cyrum* infantem *occidendum* tradidit.

231.] 687. Omnis respublica consilio quodam *regenda* est; id autem consilium aut uni *tribuendum* est, aut delectis quibusdam, aut *suscipiendum* est multitudini atque omnibus. *Reddenda* est terra *terræ*. Non omni pretio *vita emenda* est. *Pueri cibo implendi* non sunt. *Amicitia* omnibus humanis *rebus anteponenda* est. *Mors* est *anteponenda turpitudini*. *Usus* et *delectatio* doctrinæ est omnibus improborum et *actis* et *voluptatibus anteponenda*. *Ensis pueris* non *committendus* est.

688. Dextram *aræ accensæ* imposuit. In *prælio* ibi *exorto* omnes periērunt. Inter *tempestatem ortam* repente oculis hominum subductus est. *Nemo* cunctam *intuens* terram, de divina providentia dubitabit. *Alexandri* vix *ingressi* flumen, subito horrēre artus et rigēre cœpērunt. Rex epistolam Parmenionis Philippum legĕre jubet, nec a vultu *legentis* movit oculos. Plura *locuturos* abīre *nos* jussit.

Rule LX.

232.] 690. Nihil amicitia præstabilius est, *excepta virtute*. Amicitia nihil melius, *excepta sapientia*, homini a Deo datum est. *Pudore amisso*, omnis virtus periit. Quæ potest esse jucunditas vitæ, sublata amicitia? *Charitate benevolentia*que *sublatis*, omnis est e vita sublata jucunditas. Damnabis neminem, *causa* non *cognita*. Blandus amīcus a vero facile secerni et internosci potest *diligentia adhibita*. Quod pulchrum et præclarum est, *spreta* et *contempta voluptate*, optimus quisque sequitur. Natura nobis dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla *præstituta die*. Lenior et melior fis, *accedente senecta*.

694. Quam bene vivebant, *Saturno rege* (dum Saturnus erat rex)! Senex est laudator temporis acti, *se puero* (quum ille erat puer) censor castigatorque minorum. Sero et nequicquam **233.**] *accepto* jam janua *damno* clauditur. *Natura reluctante* (si natura reluctatur), labor irritus est. Paucis *annis interjectis*, bellum in Africam translatum est. *Devictis Samnitibus*, Tarentinis bellum indictum est.

695. Primum Romani *C. Duillio* et *Cn. Cornelio consulibus*, in mari dimicavērunt. *Natura* et *virtute ducibus*, errari nullo modo potest. *Pausania duce*, Mardonius Græcia fugatus est. *Se judice*, nemo nocens absolvitur. Cur eget indignus quisquam, *te divite?* Quare templa ruunt antīqua? Tu nihil *invita* dices faciesve *Minerva*. Nihil decet, invita, ut aiunt, *Minerva*, id est, *adversante* et *repugnante natura:* Neque enim attinet naturæ repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. *Quo puero*, toto surget gens aurea mundo.

696. Hannibal, *cognito insidias sibi paratas*, fuga salutem quæsivit. Alexander, *audito Darium appropinquare cum exercitu*, **234.**] obviam ire constituit. *Excepto quod non simul esses*, cætera lætus. Haud cuiquam *dubio quin hostium essent*.

697. *Sereno* per totum diem.

English Examples turned into Latin.

Micipsa pater meus moriens præcepit. Interea plebes, conjuratione patefacta, mente mutata, Catilinæ consilia exsecrari, Ciceronem ad cœlum tollĕre; veluti ex servitute erepta gaudium et lætitiam agitabat. Galba, secundis aliquot prœliis factis, castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis, obsidibusque datis, et pace facta, constituit cohortes duas in Nantuatibus collocare. Cæsar, primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut, æquato omnium periculo, spem fugæ tollĕret, cohortatus suos, prœlium commisit. Cæsari omnia uno tempore erant agenda; vexillum proponendum; signum tuba dandum; revocandi milites; acies instruenda; milites cohortandi. Cæsar, equitatu præmisso, subsequebatur omnibus copiis.

GERUNDS AND GERUNDIVES.

Gerunds.

Rule LXI.

235.] 699. Linguæ *moderandum est* mihi. *Parcendum est* teneris. *Resistendum est* iracundiæ. Quotidie meditare *resistendum esse* iracundiæ. Non *est* graviter *irascendum* inimicis. Non audiendi sunt, qui graviter *irascendum esse* inimīcis putant. Quam serum est, tum vivĕre incipĕre quum *desinendum est. Animadvertendum est*, ne callida assentatione capiamur. *Efficiendum est*, ut appetītus rationi obediat. *Vacandum est* omni animi perturbatione. Quæ parva videntur esse, delictis ab his *est* etiam diligentius *declinandum.*

702. Gerund in *di.*—Sunt *artes* mille *nocenāi.* Voluptas sæpe relinquit *causas pœnitendi.* Natura est optima *dux* rectè *vivendi.* Beatè *vivendi cupiditate* omnes incendimur. Spes impunitatis
236.] maxima *peccandi illecebra* est. Natura tribuit animantibus aliud *tempus agendi*, aliud *quiescendi.* Meminerimus nos venisse in hanc vitam tanquam in hospitium, non tanquam in domum: Natura enim hic *commorandi diversorium* non *habitandi locum* nobis dedit.

703. Gerund in *do.*—Rubens ferrum non est *habile tundendo.* Charta emporetica *inutilis* est *scribendo.* Hæc aqua est *utilis bibendo.* Quis est tam *idoneus currendo* quam ego? Nullum semen ultra quadrimatum *utile* est *serendo.* In culice, natura telum ita formavit, ut *fodiendo acuminatum* pariter, et *sorbendo fistulosum* esset. Pompeii theatrum Tiberius extructurum pollicitus est, quod nemo e familia *restaurando sufficĕret.*

704. Gerund in *dum*, Acc.—Non solum *ad discendum* propensi
237.] sumus sed etiam *ad docendum.* Bene sentire, rectèque facĕre, satis est *ad* bene beatèque *vivendum.* Ut *ad arandum* bos, *ad indagandum* canis, sic homo ad duas res, *ad intelligendum*

et *agendum* natus est. Te laus allicĕre *ad* rectè *faciendum* non potest. Palus Romanos *ad insequendum* tardabat. Mores puerorum se *inter ludendum* simplicius detegunt.

705. Gerund in *do*, Abl.—Convĕnit quum *in dando* munificum esse, tum *in exigendo* non acerbum. Prohibenda maxime est ira *in puniendo*. Aristotelem in philosophia deterruit *a scribendo* amplitudo Platonis. Equidem puto virtutem hominibus *instituendo* et *persuadendo* tradi. Socrates *percunctando* atque *interrogando* elicĕre solebat eorum opiniones quibuscum disserebat.

English Examples turned into Latin.

Oratori quid deceat videndum est, non in sententia solum sed etiam in verbis. Juvenibus parandum, senibus utendum est. Pythagŏræ discipulis quinque annos tacendum erat. Aut negandum Deum esse (est nobis), aut qui Deum esse concedunt eis fatendum est, eum aliquid facĕre. Avāri homines non solum libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Parsimonia est scientia vitandi sumptus supervacuos, aut ars re familiari moderatè utendi.
238.] Consuetudo exercitatioque et intelligendi prudentiam acuunt, et eloquendi celeritatem incitant. Nec fuit consilium agrum colendo, aut venando intentum ætatem agĕre. Aqua nitrosa utilis est bibendo. Reprehensus est Cæsar quod inter spectandum epistolis libellisque legendis vacabat. Quanto maturior olivæ bacca, tanto pinguior succus, minusque gratus. Optima autem ætas ad decerpendum, bacca incipiente nigrescĕre. Lycurgi leges erudiunt juventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, et æstuando. Nihil agendo homines male agĕre discunt.

Gerundives.

RULE LXII.

707. Romulum et Remum cupido cepit in iis locis ubi expositi atque educati erant *urbis condendæ*. Hannibal opinionem de se auxit, conatu tam audaci *trajiciendarum Alpium*. Omnia judicia aut *distrahendarum controversiarum*, aut *puniendorum maleficiorum* causa reperta sunt. *Pacis* inter cives *conciliandæ* te cupidum esse lætor. Lignum aridum materia est idonea *eliciendis ignibus*. Cleanthes aquam hausit et *rigando hortulo* locavit manus. Sunt
239.] nonnulli *acuendis* puerorum *ingeniis* non inutiles lusus. Pythagoras Cretam et Lacedæmona ad *cognoscendas* Minois et Lycurgi *leges*, contendit. Nemo ad *dandam veniam* difficilior est, quam qui illam petĕre sæpius meruit. Ad *connectendas amicitias* vel tenacissimum vinculum morum similitudo est. In *voluptate spernenda* ac *repudianda* virtus vel maxime cernitur. Exercendum corpus est, ut obedire rationi possit, in *exsequendis negotiis*, et in *labore tolerando*. Multi in *equis parandis* adhibent curam, in *amicis*

eligendis negligentes sunt. Nullum officium est magis necessarium, *referenda gratia.*

English Examples turned into Latin.

Qui se ipse noscit, intelliget quantum instrumentum habeat ad adipiscendam sapientiam. Reliquum tempus demetendis fructibus et percipiendis accommodatum est. Materies ex Libano monte ratibus et turribus conficiendis vehebatur. Aut voluptates omittuntur majorum voluptatum adipiscendarum causâ, aut dolores suscipiuntur majorum dolorum effugiendorum (effugiendi) causâ. Quæ Marius gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit. Homo magna instrumenta habet ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. Natura animum hominis sensibus ornavit ad res percipiendas idoneis. Difficilis res, ac multum et sæpe quæsīta, suffragium in magistratu mandando, aut reo judicando, aut lege sciscenda, clam an palam ferrè melius sit. Multa quæ in libera civitate ferenda non essent, tulimus et perpessi sumus; alii spe recuperandæ libertatis, alii vivendi nimia cupiditate.

CONSTRUCTION OF SUPINES.

Rule LXIII.

240.] 712. Aliqui *venērunt* deos *salutatum.* Scito Curionem adolescentem *venisse* ad me *salutatum. Mittit rogatum* vasa ea quæ viderat. Totius fere Galliæ legati ad Cæsărem *gratulatum convenērunt.* Veientes pacem *petītum* oratores Romam *mittunt. Venit* ea tibi tot dierum viam *gratulatum.*

Rule LXIV.

716. Videtur *difficile dictu* quæ sit causa. Illud vero *teterrimum audītu*, non modo *aspectu.* O multa *dictu gravia*, *perpessu aspera*, quæ pertuli. O rem non modo *visu fœdam*, sed etiam *audītu.*

English Examples turned into Latin.

Philippus Ægarum a Pausania quum spectatum ludos iret juxta theatrum, occisus est. Divitiacus Romam ad senatum vēnit auxilium postulatum. In castra Æquorum ab Roma venērunt questum injurias, et ex fœdere res repetītum. Hannibal invictus patriam defensum revocatus est.

Narratio facilis cognitu. Difficile dictu est quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis. Virtus difficilis inventu est. Quid est tam jucundum cognitu atque audītu quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio.

CONJUNCTIONS.

Rule LXV.

241.] 720–1. *Like cases.*—Uxorem cum dote, fidem*que et* amīcos, *et* genus, *et* formam regina Pecunia donat. Nihil est tam pestiferum *quam* voluptas (est). Animi voluptas major est *quam* voluptas corporis; et morbi animi perniciosiores sunt *quam* (morbi) corporis. Ebrietas nihil aliud est *quam* voluntaria insania. Quocunque ingrederis sequitur mors, corpus *ut* umbra. Gloria virtutem *tanquam* umbra, sequitur. *Tanquam* frugi laudatur avārus. Nihil est tam conveniens ad res *vel* secundas *vel* adversas *quam* amicitia (est). Credulitas error est, magis *quam* culpa. Facilius in morbos incidunt adolescentes *quam* senes. Consilio melius vincas *quam* iracundia. Parenti me obsequi potius, *quam* amori, oportet. Nullum vitium tetrius est *quam* avaritia. Quid est somnus *nisi* mortis imago. Nemo gloriari debet (quoquam) *nisi* suo. Quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet *nisi* testem *et* judicem. Amicitiam tuēri non possumus, nisi æquè amīcos *ac* nos ipsos diligamus. Lætamur amicorum lætitia æquè *atque* nostra lætitia. Assiduo labitur tempus motu, non secus *ac* flumen. *Ut* fragilis glacies, interit ira morâ.

242.]

2. *Like moods and tenses.*—Probitas laudatur *et* alget. Virtus conciliat *et* conservat amicitiam. Nunquam expletur *neque* satiatur cupiditatis sitis. Juvenalis dicit, probitatem laudari *et* algēre. Acceperim libentius *quam* fecerim, injuriam. Accipĕre præstat, *quam* facĕre injuriam.

3. Discite justitiam moniti, *et* non temnĕre cœlum. Nihil est tam angusti animi *quam* amare divitias. Nihil est tam valde vulgare, *quam* nihil sapĕre.

723. Ludi decem per dies facti sunt, *neque* res ulla prætermisa est.

KEY

TO

PROMISCUOUS EXERCISES.

From Crombie's Gymnasium.

243.] 1. Athenienses urbis suæ mœnia ædificabant. Hanc rem molestè ferebant Lacedæmonii. Themistocles per hunc dolum eos decēpit. Spartam, uti legatus contendit, et Lacedæmoniis muros ædificari negavit. "Si vero," inquit, "mihi non credatis, certos mittite homines, qui urbem explorent, et interea me detinēte." Hoc fecērunt.

2. Themistocles simul nuncium clam ad Athenienses misit, eosque monuit, ut Lacedæmonios exploratores, donec mœnia ædificassent, et seipsum recepissent, quacunque ratione Athenis detinērent. Athenienses ejus consilio paruērunt. Themistocles itaque receptus est, Lacedæmonii exploratores redditi sunt, et Athenæ, Lacedæmoniis invitis, munītæ.

3. Paterfamilias, quodam die, Aristippum adiit, rogavitque, ut filium suum erudiendum susciperet. Philosopho quingentas drachmas pro mercede poscenti, pater, qui perquam avārus erat, pretio deterritus, dixit, se mancipium minoris emēre posse. "Ita facito," dixit Aristippus, "et tunc habebis duo."

4. Hasdrubal magno cum exercitu in Italiam trajecit; et de Romano imperio actum foret, si Hannibali fratri sese jungēre potuisset. Sed Claudius Nero, parte exercitus in castris relicta, cum paucis delectis copiis ad Hasdrubalem properavit, et apud flumen Metaurum Livio collegæ sese conjunxit: amboque Hasdrubalem vicērunt.

5. Post hunc Julianus imperii potītus est, Parthisque bellum intulit, cui expeditioni egomet interfui. Complura Persarum oppida expugnavit, aliaque in deditionem accēpit. Victor rediens ab hoste occisus est, sexto die ante Kalendas Julii, et anno imperii septimo. Vir fuit eloquentia insignis, eique memoria erat tenacissima. Huic successit Jovianus, qui ab exercitu Imperator electus est.

244.] 6. Tiberius Sempronius Gracchus, nobilissimo genere natus, Scipionem Asiaticum, quamvis inimīcum, duci in carcerem noluit pati. Hic prætor Galliam domuit; primo consulatu Hispa-

niam, altero Sardiniam subegit. Cum a populo capitis accusaretur, Sempronius eum morte indignum esse juravit; seque, si in exsilium missus foret, simul cum eo solum esse versurum. Quare absolutus est.

7. Bello inter Romanos et Albanos exorto, Hostilio et Fufetio ducibus, priusquam ad pugnam ventum est, placuit paucorum certamine rem finire. Erant forte apud Romanos fratres trigemini, nomine Horatii, itidemque apud Albanos trigemini, Curiatii appellati, ætate et viribus pares. Convēnit igitur, ut hi de principatu contenderent, et populi utriuscunque victores fuissent, is alteri imperitaret.

8. Conflixērunt, multisque vulneribus utrinque illatis et acceptis, duo Romani corruērunt, et tres Albani graviter vulnerati sunt. Unus Horatius adhuc integer, sed Albanis universis impar, ut eorum vires segregaret, et singulos aggrederetur, fugam simulavit. Eum, prout vires eorum vulnerumque dolor sinebant, alius post alium, secuti sunt, et eos, uti advenērunt singulos occīdit. Romanus ideo vicit, et hæ duæ civitates eodem nomine in unam consociatæ sunt.

9. Curius Dentatus, Samnitibus domitis, in concione dixit, "Agri tantum cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tot homines cepissem; porro autem tot homines cepi, ut fame periissent, ni tantum agri cepissem. Agros militibus dispertivit viritim, dans dena quaterna jugera, totidemque sibi reservavit, dicens, ducem esse debēre neminem, qui parte gregarii militis contentus esse nollet.

245.] 10. Nemo unquam mitior fuit Scipione Africano; veruntamen aliquid severitatis, ad firmandam militarem disciplinam, necessarium esse existimans, quodam tempore in cives suos crudelis erat. Carthagine enim devicta, et omnibus, qui ad Pœnos transierant, in ejus potestatem redactis, gravius in Romanos, quam in Latinos transfugas animadvertit. Illos tanquam patriæ fugitivos crucibus affixit, hos uti socios perfidos securi percussit.

11. Cum Porsenna, Hetruscorum rex, Tarquinium Superbum in regnum restituēre conaretur, et Janiculum primo impetu cepisset, Horatius Cocles, vir summæ virtutis, ad partem Sublicii pontis extremam sese constituit, et solus, donec pons a tergo dirutus esset, totam vim hostium sustinuit. Deinde in Tiberim se misit, et ad suos transnatavit, vel casu, vel telis hostium illæsus.

12. Græci, post victoriam, ad Hellespontum navigare, et pontem ne rex effugeret, diruēre statuērunt. Hoc iis dissuasit Themistocles, dicens, regem interceptum pugnam redintegraturum esse, et desperationem interdum perficēre, quod virtus non possit. Simul eunuchum ad regem misit, eum certiorem faciens, pontem fore dirutum, ni cito effugisset. Xerxes itaque in fugam se contulit, et Themistocles sic victoriam Atheniensibus servavit.

13. Juvenis quidam Zenonis scholam diu frequentârat. Ubi domum regressus est, pater, quid didicisset, ex eo quæsīvit. Juvenis modestè respondit, se id moribus suis esse ostensurum. Pater gra-

viter offensus erat, et eum verberavit. Filius omnino tranquillus manebat, dixitque, "Patris iram patienter ferre didici.

14. Augusto Cæsăre imperante, delphinus, uti fertur, erga pauperis filium, qui eum panis fragmentis pascĕre solebat, amorem suscēpit. Quotidie delphinus, a puero inclamatus, ad summam aquam natabat, et, e manu pastus, puerum e Baiano littore Puteolos ad ludum literarium in tergo vehebat, et eodem modo referebat. Puero mortuo, delphinus aliquoties ad locum consuetum ventitans, et eum desiderans, item mortuus dolore esse dicitur.

246.] 15. P. Scipio, ex Africa devicta cognominatus Africanus, Jovis filius fuisse creditur. Nam priusquam conceptus est, serpens ingentis magnitudinis in lecto matris ejus apparuit; eumque infantem draco amplexus, nihil læsit. Expeditionem nullam suscēpit, donec aliquandiu in Jovis cella sedisset, quasi divinam mentem acciperet. Natus annos duodeviginti patris vitam ad Ticinum servavit; et cum viginti et quatuor annos haberet, Prætor in Hispaniam missus, die ipso, quo vēnit, Carthaginem cēpit.

16. Virginem eximiæ pulchritudinis, quam bello ceperat, in conspectum adduci vetuit; patrique ejus et sponso restitui jussit. Hasdrubalem Magonemque, fratres Hannibalis, victos Italia expulit; et amicitiam cum Syphace Maurorum rege, conjunxit. Victor domum regressus, consul ante annos factus est, et in Africam missus Hannibalem superavit, qui ad patriam defendendam Carthaginem redire coactus erat. Repetundarum falso accusatus, in voluntarium exsilium concessit, ubi reliquam ætatem degit.

17. Xerxes, ante navale prœlium, quo a Themistocle victus est, quatuor millia armatorum miserat, qui templum Apollinis diriperent, quasi bellum gereret, non solum cum Græcis, sed etiam cum Diis immortalibus. Hæc manus imbribus et fulminibus tota deleta est. Historici ferunt, hoc factum esse, ut intelligeret, quam nullæ essent hominum vires adversum Deos immortales. Impii haud secum reputant, contra Deos bellare esse sibi exitium petĕre.

18. Xenophon, Socratis discipulus, solenne sacrum faciebat, cum filium natu majorem ad Mantineam interfectum esse audivit. Veruntamen haud cessavit; sed tantum coronam deposuit, et quonam modo cecidisset, quæsīvit. Ubi filium, acie fortiter pro patria pugnantem occubuisse intellexit, coronam capiti placidè reposuit, Deos testatus, majorem e filii virtute voluptatem capĕre, quam dolorem ex morte.

247.] 19. Marcus Aurelius, Imperator Romanus, in sapientiæ studium incumbebat, ideoque Sextum philosophum audiebat. E regia, quodam die, egredienti Lucius philosophus, qui Romam nuper advenerat, ei obviam factus est, et quonam iret, et ad quod negotium, rogavit. Marcus respondit, "Seni etiam discĕre decorum est; et Sextum adeo, ut sciam quæ nondum scio." Lucius, manibus ad cœlum sublatis, exclamavit, "O Jupiter, Imperator Romanus jam senior petit scholam, quemadmodum puer.

cia conventuum frequentissimum, cum ignotis hominibus, iis et ipse ignotus, contubernium iniit. Dum Olympiæ manebat, morum suavitate, sermonibusque ab omni sapientiæ affectatione alienis, ita sibi devinxit, ut talis viri convictu plurimum gauderent. Academiæ tamen aut Socratis nullam mentionem fecit; solum iis dixit, se Platonem appellari.

21. Ludis peractis, cum Athenas venissent, Plato eos perhumaniter excēpit. Vehementer cupientes philosophum vidēre, "Monstra nobis," inquiunt, "tibi cognominem Socratis discipulum, cujus tanta ubique fama est. Duc nos in Academiam." Ille, leniter subridens, quemadmodum solebat, iis dixit, "Ego sum ille." Obstupuēre hospites, ubi intellexērunt, se tamdiu Platonis socios fuisse, eum ignorantes.

22. Dion, Syracusis a Dionysio tyranno expulsus, Megaram petiit. Ibi, cum Theodorum urbis principem convenire vellet, atque ad ejus domum idcirco pervenisset, diu ad portam retentus, et denique introire prohibitus, comiti suo placidè, "Hoc," inquit, "patienter ferendum est; forsitan et nos, cum in magistratu essemus, interdum talia fecimus." Hac animi tranquillitate conditionem exilii multo magis tolerabilem reddidit.

23. Aristīdes apud Athenienses, et Epaminondas apud Thebanos, veritatis adeo amantes fuisse feruntur, ut ne joco quidem unquam mentirentur. Atticus etiam, quîcum Cicero conjunctissimè vixit, mendacium neque dicebat, neque pati poterat. "Illum
248.] odi," aiebat Achilles, "æque ac Plutonis portas, qui aliud dicit, et aliud cogitat." "Mendaces," inquiebat Aristoteles, "hoc consequuntur, ut vera dicentibus iis non credatur. Simplicitas sinceritasque hominis naturæ maxime conveniunt.

24. Ptolemæus, Demetrio victo, majorem ex moderatione, quam ex victoria, gloriam sibi comparavit; amīcos enim Demetrii, non solum cum suis rebus, verum etiam cum donis pretiosis, dimisit; non prædæ causa bellum incepisse dicens. Haud multo post, Ptolemæus, cum Demetrio iterum congressus, ipse victus est, et classe amissa in Ægyptum fugit. Demetrius quo gratiam referret, ejus filium, fratrem, omnesque amīcos, simul cum bonis, ei remisit.

25. Cum Augustus Cæsar apud Vedium Pollionem cœnaret, unus ex hujus servis vas crystallinum fregit. Vedius extemplo eum necari jussit; nec morte vulgari erat periturus; nam in piscinam murænarum plenam eum conjici jussit. Puer territus Cæsăris ad pedes confugit. Imperator crudeli Pollionis jussu commotus, puerum liberari, crystallina vasa omnia frangi, et piscīnam complēri jussit. "Quid," inquit, "quia tuum vas fractum est, ideone viscera hominis dilacerabuntur?"

26. Cum Pyrrhus, Epiri rex Romanis bellum intulisset, et a Romano exercitu paucis tantum millibus passuum abesset, medicus Pyrrhi noctu in Fabricii castra pervēnit, se regem veneno sublaturum esse pollicens, si pro operæ magnitudine sibi præmium daretur. Fabricius illico ad Pyrrhum eum reducendum curavit, dicens,

turpe esse veneno, et non armis, cum hoste contendĕre. Quare rex dixisse fertur, "Sol facilius a cursu, quam Fabricius ab honestate, averti potest."

27. Pisistratus tyrannus, in principatu Atheniensi, quem injustè occupaverat, summa æquitate se gessit; et præterquam quod dominandi studiosus erat, nullus eo melior civis fuit. Si quos videret otiosos in foro ob ambulantes, ad se accitos interrogabat,
249.] cur otiosi essent. Si respondissent, sibi esse nec jumenta, nec frumenta, dedit, et eos ad operam sese conferre jubebat. Cum in publicum prodiret, comitabantur eum duo aut tres pueri, qui pecuniam egenis dandam ferebant.

28. Gillias Agrigentinus, vir animo quam divitiis locupletior, semper in eroganda, potius quam contrahenda, pecunia erat occupatus. Ædificia in usus publicos exstruebat, spectacula populo edebat, pauperibus alimenta suppeditabat, virginibus dotes præbebat, hospites benignissimè excipiebat; et quodam tempore quingentos equites, tempestate in littus prope suam domum compulsos, aluit et vestīvit. Denique quicquid Gillias possidebat, pro patrimonio omnium communi habēre videbatur.

29. Antisthenes philosophus discipulos suos, ut diligenter in studia incumberent, hortari solebat; pauci autem obtemperabant. Tandem iratus omnes dimisit, Diogenes, tamen, unus ex iis magna philosophum audiendi cupiditate accensus, ad scholam ventitabat et ei pertinaciter adhærebat. Antisthenes se baculo, quem gestare solitus erat, ei caput diminuturum minatus est; et, ubi his minis eum non territum esse vidit, quodam die revera verberavit.

30. Diogenes, tamen, haud recessit. "Percute," inquit, "si tibi placet; nullum vero baculum tam durum invenies, qui me a schola tua abigat. Te diligo, teque audire cupio. Quidvis doctrinæ causa ut patiar, in animum induxi." Antisthenes scientiæ studiosissimum esse videns, rursus admisit, et eum magno amore complectebatur. "Natura," inquit Tullius, "insatiabilem verum quærendi cupiditatem homini ingeneravit, quo sapientior meliorque evadat."

31. Themistocles, Persis navali prœlio victis, in concione Athenis dixit, sibi in animo esse consilium, quod reipublicæ utile foret, sed divulgari non oportēre. Postulavit itaque ut aliquis sibi daretur, quîcum communicaret, et Aristīdes ad eam rem nominatus est.
250.] Ille tunc Aristīdem monuit classem Lacedæmoniorum, quæ ad Gytheum portum subducta esset, clam incendi, adeoque opes Lacedæmoniorum frangi posse.

32. Aristīdes, hoc audīto, ad concionem rediit, et civibus suis dixit, perutile quidem esse consilium Themistoclis, sed nequaquam honestum. Athenienses, quod honestum non esset, id non utile judicantes, consilium, quod ne audierant quidem, Aristīde auctore, repudiârunt. Ad justitiam nati sumus; nec opinione, sed natura, constitutum est jus. Cicero docet, justitiam reginam esse virtutum. Maneat ergo apud nos, quod turpe sit, id nunquam esse utile.

W117

Deacidified using the Bookkeeper process.
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: July 2006

PreservationTechnologies
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

THE LIBRARY OF CONGRESS

WERT
BOOKBINDING
Graptville, Pa.
Sept.-Oct. 1988
We're Quality Binding